vbi ſ. De die illo et hora nemo ſcit:neqꝫ angeli celorū.⁊c.xxj
Mat.xxv. De decem virginibus. In euangelio ſm eundē. xxij.
vbi.ſ. De eiſdem de quibus ſupra.xxiij.

De verbis domini in euan
gelio ſm Lucam.

De eo quod ſcriptum eſt in euangelio ſm Lucam.
Luce.x. Qui vos ſpernit me ſpernit.xxiiij.
Luce.xvj. De diuite et lazaro. In euangelio ſm eundem.xxv.
Luce.x. De Martha et Maria. In euangelio ſm eundē. xxvj.
vbi ſ. De eiſdem de quibus ſupra.xxvij.
De eo quod ſcriptum eſt in euangelio ſm eundem.
Luce.xj. Domine doce nos orarē.xxviij
De eo quod ſcriptum eſt in euangelio ſm eundem.
vbi ſ. Quis veſtrum habet amicum et ibit ad illum media no=
cte.⁊c.xxix.
De eo quod ſcriptum eſt in euangelio ſm eundem.
Luce.xj Nunc vos pharisei qđ foris ē parapſidis lauatis.⁊c.xxx.
Luce.xiij. De arbore ficulnea que per triennium fructum nō afferebat.
In euangelio ſm eundem.xxxj.
De eo quod ſcriptum eſt in euangelio ſm eundem.
vbi.ſ. Domine ſi pauci ſunt qui ſaluantur. Et quomodo per an=
guſtam portam pauci intrāt.xxxij.
De eo quod ſcriptum eſt in euangelio ſm eundem.
Luc.xiiij. Homo quidam fecit cenam magnam.⁊c.xxxiij.
De eo quod ſcriptum eſt in euangelio ſm eundem.
Luce.xv. Homo quidam habuit duos filios.⁊c.xxxiiij.
De eo quod ſcriptum eſt in euangelio ſm eundem.
Luce.xvj. Facite vobis amicos de mammona iniquitatis.xxxv.
Lu.xviij. De iudice iniquo qui nec deum timebat:nec hominem reue
rebatur. In euangelio ſm eundem.xxxvj.
De eo quod ſcriptum eſt in euangelio ſm eundem.
Luce.x. Homo quidam deſcendit ab hieruſalem in hiericho et in
cidit in latrones.xxxvij.

De verbis domini in euan=
gelio ſm Johannem.

De eo quod ſcriptum eſt in euangelio ſm Johannem.
Joh.j. In principio erat verbum:et verbum erat apud deum et
deus erat verbum. Et reprehenſione arrianorū. xxxviij.
De eo quod ſcriptum eſt in euangelio ſm eundem.
vbi ſ. In mundo erat et mundus per ipſum factus eſt ⁊ mūdus
eum non cognouit.xxxix.
De eo quod ſcriptum eſt in euangelio ſm eundem.
Joh.j. de Nathanaele. Cū eſſes ſub arbore fici vidi te.xl.
Joh.ij. De conuerſione aque in vinum. In euangelio ſm eun=
dem.xlj.
Joh.v. De infirmo iacente ad piſcinam. In euangelio ſm eun
dem.xlij.
vbi ſ. De eo quod ſcriptum eſt in euangelio ſm eundem.
Mat.ix. Si ego teſtimonium perhibeo de me.⁊c.xliij.
Luce.vij. De tribus mortuis quos dominus ſuſcitauit.xliiij.
Joh.xj. De eo quod ſcriptum eſt in euangelio ſm iohannem.
Johā.v. Scrutamini ſcripturas.xlv.
De eo quod ſcriptum eſt in euangelio ſm eundem.
Joh.vj. Qui manducat carnē meā et bibit ſanguinē meū.⁊c.xlvj.
Joh.viij. De muliere deprehenſa in adulterio. In euangelio ſm
eundem.xlvij.
De eo quod ſcriptum eſt in euangelio ſm eundem.
vbi ſupra. Si manſeritis in vbo meo vere diſcipuli mei eſtis. xlviij.
Joh.x. De paſtore et mercennario et fure. In euangelio ſm
eundem xlix.
De eo quod ſcriptum eſt in euangelio ſm eundem.
vbi ſupra Ego ſum paſtor bonus.⁊c.l.
De eo quod ſcriptum eſt in euangelio ſm eundem.
Johā.x. Ego et pater vnum ſumus.lj.
Joh.xj. De reſuſcitatione Lazari quatriduani. In euangelio ſm
eundem.lij.
De eo quod ſcriptum eſt in euangelio ſm eundem.
Joh.xij. Qui credit in me:credit in eum qui me miſit.liij.
De eo quod ſcriptum eſt in euangelio ſm eundem.
Joh.xiiij. Ego ſum via:veritas et vita.liiij.
vbi ſupra. De eo de quo ſupra. Ego ſum via:veritas et vita.lv.
De eo quod ſcriptum eſt in euangelio ſm eundem.
Que ego loquor vobis a meipſo non loquor.lvj Joh.xiiij.
De eo quod ſcriptum eſt in euangelio ſm eundem.
Pacē meam do vobis: pacem meā relinquo vobis.lvij. vbi ſupra.
De eo quod ſcriptum eſt in euangelio ſm eundem.
Nō turbetur cor veſtrum neqꝫ formidet.lviij. Joh.xiiij.
De eo quod ſcriptum eſt in euangelio ſm eundem.
Ego ſum vitis: vos eſtis ſarmenta:pater meus agrico= Joh.xv.
la.lix.
De eo quod ſcriptum eſt in euangelio ſm eundem
Ego veritatē dico vobis: expedit vobis vt ego vadā. lx. Joh.xvj.
De eo quod ſcriptum eſt in euangelio ſm eundem.
Ipſe arguet mundum de peccato: de iuſticia: et de iudi= vbi ſupra
cio.lxj.
De trina interrogatione domini ſi petrus ſe diligeret: et tri= Joh.xxj.
na petri reſponſione.lxij.
De manifeſta oſtenſione trinitatis in deo noſtro ex euange= Mat.iij.
lio de baptiſmo domini apud flumen iordanē.lxiij. Luce.iij.
De eo quod ſcriptum eſt in euangelio ſm eundem. Johā.j.
Amen amen dico vobis:quia venit hora et nunc eſt quan= Joh.v.
do mortui audient vocem filij dei : et qui audierint vi=
uent.lxiiij.

Finis.

Diui aurelij Auguſtini hipponēſis epiſcopi
liber de verbis dñi ſaluatoris feliciter incipit.

De verbis domini in euan
gelio ſecundum Mattheū.

De eo quod ſcriptū eſt in euangelio ſm Mat=
theum. Agite penitentiam:appropinquabit eni= Mat.iiij.
regnum celorum: vbi ſanctus auguſtinus ſingu=
gularia de penitentia declarat.

Sermo.i.

EUágelium audi= A
uimus ⁊ in eo dñm eos arguētem Mat.xvj.
qui faciem celi volunt probare:et Luce.xij.
tēpus fidei regni celorum appro=
pinquantis neſciunt inuenire. Iu
deis autem hoc dicebat:ſed etiā
ad nos ſermo peruenit. Dñs autē
ipſe ieſus xps euāgelij ſui pdica=
tionē ita cepit. [Agite penitētiā: Mat.iiij.
appropīquabit enim regnū celoꝝ.] Et iohānes euangeliſta
apſs eius: ſimiliter ⁊ iohānes baptiſta pcurſor ipſius cepit.
Agite penitētiā: appropiquabit enī regnū celoꝝ. Et mō cor Mat.iij.
ripit dñs qui nolunt agere penitētiā: appropinquāte regno
celorum. Regnum celorum ſicut ipſe ait:non veniet cum ob Luc.xvij.
ſeruatione. Et iterum ipſe ait. Regnū celorum:intra vos eſt
Prudenter ergo accipiat vnuſquiſqꝫ monita preceptoris:
non perdat tempus miſericordie ſaluatoris: que modo im=
penditur qꝫdiu generi humano parcitur. Ad hoc enim par=
citur homini vt conuertatur:et non ſit qui damnetur. Uide=
rit deus quando venerit finis ſeculi. Eſt tamen modo tem=
pus fidei: Finis ſeculi vtrum hic aliquem noſtrum inueniat
neſcio:et fortaſſe non inueniet. Tempus cuiqꝫ noſtrum pro=
ximum eſt: quia mortales ſumus. Inter caſus ambulamus.
Si vitrei eſſemus:minus caſus timeremus. Quid fragili9
vaſe vitreo:et tamen ſeruatur et durat per ſecula? Etſi enim
caſus vitro timentur:ſenectus ei et febris non timetur. Nos
ergo fragiliores et infirmiores ſumus: quia et caſus omnes
qui non ceſſant in rebus humanis:fragilitate vtiqꝫ nr̄a quo=
tidie formidamus:et ſi ipſi caſus non accedant. Tēpus am=

bulat: vitat homo ictum: nũquid vitat exitiũ? Vitat que ex-
trinſecus eueniunt: nunquid quod intus naſcitur pellitur?
Deniqꝫ nũc lumbricos gignunt interiora: nunc morbus qui-
libet ſubito occupat. Poſtremo quantumuis homini parca-
tur: nouiſſime ſenectus cum venerit: non eſt quo differatur.
Proinde audiamus dominuꝫ in nobiſipſis: agamus quod
precepit. Videamus ꝗs eſt ille aduerſarius: de quo nos ter-
Luce.xij. ruit dicens. Si vadis cum aduerſario tuo ad principem: da
operam in via liberari ab illo: ne forte tradat te principi: et
princeps miniſtro: et mitteris in carcerẽ: inde non exies do-
nec ſoluas nouiſſimum quadrantem. Quis eſt iſte aduerſa-
rius niſi diabolus? Jam liberati ſumus ab illo. Quale pre-
cium pro nobis datum eſt: vt ab illo redimeremur? De quo
Col.j. dicit apoſtolus de ipſa redẽptione noſtra. Qui eruit nos de
poteſtate tenebrarum: ⁊ tranſtulit in regnum filij claritatis
ſue. Redempti ſumus: diabolo renunciauimus. Quomodo
dabimus operam liberari ab illo: ne nos iterum captiuos fa-
ciat peccatores? Sed nõ eſt ipſe aduerſarius: de quo nos do-
minus commonet. Alio enim loco: idem alius euãgeliſta ſic
illud poſuit: vt ſi vtraqꝫ verba iungamus: et vtraqꝫ euange-
liorum duorũ cõparemus: aduerſariũ iſtũ cito intelligem⁹.
Ecce enim hic quid dixit? Cũ vadis ad principem cũ aduer
ſario tuo: da operã in via liberari ab eo. Alius aũt euangeli-
Mat.v. ſta hoc ipſum ſic dixit. Eſto conſentiens aduerſario tuo cito
cum es cũ illo in via. Cetera ſimilia ſunt: ne forte aduerſari⁹
tradat te iudici: iudex miniſtro: miniſter in carcereꝫ. Ambo
euangeliſte ſimiliter hoc explicauerũt. Unus dixit. Da ope
ram in via liberari ab illo: alter dixit. Conſenti illi. Non enĩ
poteris liberari ab illo: niſi ei cõſẽſeris. Vis liberari ab illo?
conſenti illi. Nunquid diabolus eſt cui debet cõſentire chri-
B ſtianus? Queramus ergo iſtũ aduerſarium cui debemus cõ-
ſentire: ne tradat nos iudici: iudex miniſtro. Queram⁹ illum
⁊ cõſentiamus illi. Si peccas: aduerſarius tuus ſermo dei ẽ.
Verbi cauſa. Forſitan delectat te inebriari: dicit tibi. Noli
Delectat te ſpectare ⁊ nugari: ille dicit tibi. Noli. Delectat te
adulterari: dicit tibi ſermo dei. Noli. In quibuſcunqꝫ pec-
catis volueris facere voluntatẽ tuã: dicit tibi. Noli. Aduer-
ſarius eſt voluntatis tue. O ꝗ̃ bonus aduerſarius: ꝗ̃ vtilis
aduerſarius: non querit noſtram voluntatem ſed vtilitatem
Aduerſarius eſt nobis ꝗ̃diu ſumus et ipſi nobis. Q̃diu tu
tibi inimicus es: inimicũ habes ſermonẽ dei. Eſto tibi ami-
cus et concordas cum illo. Non homicidium feceris: audi ⁊
Mat.xix. cõcordaſti. Non falſum teſtimoniũ dicas: audi ⁊ concorda-
ſti. Non concupiſces rem proximi tui: audi et concordaſti.
Non concupiſces vxorem proximi tui: audi et concordaſti.
In his omnibus cũ tuo iſto aduerſario cõcordaſti: dic mihi
quid perdidiſti? Non ſolum nihil perdidiſti: ſed et teipſum
qui perieras inueniſti. Via: vita iſta eſt. Si cõcordauerim⁹
cum illo: ſi conſenſerimus illi: finita eſt via: nõ timebim⁹ iu-
dicem: miniſtrum: carcerem. Quando finitur via: non omni
bus vna hora finitur. Unuſquiſqꝫ habet horã: quando finia-
tur via. Via vita iſta dicta eſt. Finiſti iſtam viã: finiſti vitã.
Ambulamus: et ipm viuere accedere eſt. Niſi forte putatis:
ꝗ tẽpus accedit et nos ſtam⁹. Non põt fieri. Quomodo acce
dit tempus: accedimus et nos. Et non anni nobis accedunt
ſed magis decedunt. Valde errant homines: quando dicũt.
Puer iſte minus ſapit: accedunt illi anni: prudẽs erit. Attẽ-
de quid dicas. Accedunt dixiſti. Ego oſtendo quia decidũt
cũ tu dicis accedunt. Et audi quod facile probo. Putemus
nos ſciſſe annos ipſius ex quo natus eſt. Verbi gratia: vt bñ
illi optemus: octaginta annos victurus eſt: peruenturus eſt
ad ſenectutem. Scribe octoginta annos. Vixit vnum annũ.
Quot habes ĩ ſumma? Quod tenes? Octoginta. Deduc vnũ
Vixit decẽ: ſeptuaginta reſtiterunt. Vixit viginti: ſexagin-
ta reſtiterunt. Certe accedebant. Quid eſt hoc? Veniunt vt
abeant. Anni noſtri veniunt in quã vt eant. Non enĩ veniunt
vt ſtent nobiſcum: ſed cum tranſeunt per nos: terũt nos: ⁊ mi-
nus minuſqꝫ valere nos faciunt. Talis eſt via in qua venim⁹
Quid facturi ſumus cum aduerſario illo: id eſt cum ſermone
dei? Cõcorda cũ illo. Neſcis enim quando via finiat. Cum
via finita fuerit: iudex reſtat et miniſter et carcer: vt ſi ſerua-
ueris aduerſario tuo bonam voluntatem: et cum eo cõſenſe-
ris: pro iudice inuenias patrem: pro miniſtro ſeuo angelum
tollentem in ſinũ abrae: pro carcere paradiſum: ꝗ̃cito in via
cuncta mutaſti: quia tuo aduerſario conſenſiſti.

### ¶ De eo quod ſcriptum eſt in euangelio ſm eundem. Sic luceat lux veſtra coram hominib⁹: vt videant opera veſtra bona et glorificent patrem veſtrum qui in celis eſt. Et econtra. Attẽdite ne iuſticiam veſtram faciatis coram hominibus vt videamini ab eis. Sermo.ij.

Solet multos mouere chariſſimi ꝙ domin⁹ noſter A
ieſus xp̃s in ſermone euangelico cũ prius dixiſſet
[Luceat lumẽ veſtrum corã hominib⁹ vt videãt Mat.v.
bona opera veſtra et glorificent patrem veſtrum
qui in celis eſt.] Poſtea dixit [Attendite ne iuſticiã veſtraꝫ Mat.vj.
faciatis coram hominibus vt videamini ab eis.] Turbatur
enim mens parum intelligentis: ⁊ precepto vtriqꝫ obaudire
cupientis per diuerſa et aduerſa diſtenditur. Tam nemo enĩ
poteſt ꝗ̃uis vni domino obtemperare repugnantia iubenti
ꝗ̃ nemo poteſt etiam duobus dominis ſeruire. Quod eodeꝫ Ubi ſ.
ſermone ſaluator ipſe teſtatus eſt. Quid ergo faciet animus
nutans: cum ſe obtemperare non poſſe exiſtimat: et non obtẽ
perare formidat? Si enĩ bona opera ſua in luce poſuerit ho-
minibus intuenda: vt faciat quod preceptum eſt. Sic luceat
lumen veſtrũ coram hominibus vt videant opera veſtra bo
na: ⁊ glorificent patrem veſtrum qui in celis eſt: reũ ſe teneri
arbitrabitur: quia contra preceptum fecit vbi dicitur. Atten
dite ne iuſticiam veſtram faciatis coram hominibus: vt vi-
deamini ab eis. Rurſumqꝫ ſi hoc timens ⁊ cauens: ea q̃ bene
facit abſconderit: non ſe putabit ſeruire imperanti et dicẽti.
Luceat lumen veſtrum coram hominibus: vt videant bona
opera veſtra. Qui autem recte intelligit: vtrũqꝫ implet ⁊ ſer-
uiet vniuerſiſſimo domino: qui ſeruum pigrum non damna
ret: ſi ea que fieri nullo modo poterant imperaret. Audi enĩ.
Paulum ſeruum chriſti ieſu vocatuꝫ apoſtolum ſegregatũ Rom.j.
in euangelium dei: vtrunqꝫ et facientẽ et dicentem. Videte
quemadmodum luceat lumẽ eius coram hominibus: vt vi-
deant bona opera eius. Commẽdamus inquit noſmetipſos ij.Cor.iiij
ad omnem conſcientiam hominum in conſpectu dei. Et iteꝝ
Prouidemus enim bona: non ſolum coram deo: ſed etiã co- ij.Cor.viij
ram hominibus. Et iterum. Placete omnibus per omnia: j.Corint.x
ſicut et ego omnibus per omnia placeo. Videte rurſus ꝗ̃ at-
tendat ne faciat iuſticiam ſuam coram hominibus vt videa
tur ab eis. Opus autem ſuum probet inquit vnuſquiſqꝫ: et Gal.vj.
tunc in ſemetipſo habebit gloriam et non in altero. Et iterũ.
Nam gloria noſtra hec eſt: teſtimonium conſcientie noſtre. ij.Cori.j.
Et illud quo nihil manifeſtius. Si adhuc inquit hominib⁹ Gal.j.
placerem: chriſti ſeruus non eſſem. Sed nec quiſqꝫ eorũ q̃ de
preceptis quaſi repugnantibus ipſius domini moueatur:
multo magis apoſtolo eius ingerat queſtionẽ et dicat. Quõ
tu dicis. Placete omnibus per omnia ſicut et ego omnibus
per omnia placeo: et tu idem dicis. Si adhuc hominib⁹ pla-
cerem: chriſti ſeruus non eſſem? Adſit ipſe dominus: q̃ etiaꝫ
in ſuo ſeruo et apoſtolo loquebatur: et aperiat nobis volũta-
tem ſuam: et tribuat obediendi facultatẽ. Ipſa quippe ver-
ba euangelica ſecum portãt expoſitiones ſuas: nec interclu-
dunt ora eſurientiũ: quia paſcunt corda pulſantiuꝫ. Intẽtio
quippe cordis humani quo dirigatur: et quo expectet intuẽ
dum eſt. Si enim qui vult videri ab hoibus bona opera ſua:
gloriam et vtilitatẽ ſuam ponit ante homines: et hanc in cõ-
ſpectu hoim querit: nihil eoꝝ que de hac re domin⁹ precepit
impleuit: quia et attendit facere iuſticiã ſuã corã hominib⁹
vt videretur ab eis: et non ſic eluxit lumẽ eius corã hoibus.
vt ad hoc viderent bona opera eius: vt glorificent patrẽ q̃ in
celis eſt. Sed quippe voluit glorificari: non deũ: ⁊ ſuã queſi-
uit vtilitatem: non dilexit dñi voluntatẽ. De qualibus dicit
apoſtolus. Oẽs enim que ſua ſunt querũt: nõ que ieſu chriſti Phil.ij.
Itaqꝫ non illic ſentẽtia terminata eſt: vbi ait. Sic luceat lux Mat.v.
veſtra corã hoibus vt videãt bona opera veſtra: ſed cõtinuo
ſubiunxit cur faciendũ ſit. Ut glorificẽt patrẽ inquit veſtruꝫ
q̃ in celis eſt: vt homo cũ bene faciẽs videtur ab hominibus
intentionem boni facti habeat in cõſcientia ſua: intentioneꝫ
vero innoteſcẽdi nõ habeat niſi in laudibus dei: ꝓpter eoꝝ
quibus innoteſcit vtilitatẽ: ꝗbus hoc ꝓdeſt vt deus placeat
q̃ hoc preſtitit homini: atqꝫ ita non deſperent etiã ſibi ſi vo-

B luerint hoc poſſe preſtari. Itaqꝫ aliam ſententiam vbi ait.
Mat. vj. Attendite ne iuſticiam veſtram faciatis coram hominibus
non alibi terminauit q̄ꝫ vbi dixit. Ut videamini ab eis: nec
addidit. Et glorificent patrem veſtrum qui in celis eſt: ſed
potius addidit. Alioquin mercedẽ non habebitis apud pa-
trem veſtrum qui in celis eſt. Hinc enim oſtendit eos q̄ tales
ſunt: quales ſuos fideles eſſe nõ vult: in eo ipſo mercedẽ que-
rere q̄ videntur ab hominibus: ibi conſtituere bonũ ſuũ: ibi
oblectare vanitatẽ cordis ſui: ibi exinaniri et inflari: ibi tu-
meſcere ⁊ contabeſcere. Cur enim non ſufficit vt diceret. At-
tẽdite ne faciatis iuſticiam veſtram coram hominibus: ſed
addidit. Ut videamini ab eis: niſi quia ſunt quidam qui ſic
faciunt iuſticiam ſuã coram hominibus: non vt videanť ab
eis: ſed vt ipſa opera videantur: ⁊ glorificetur pater qui ĩ ce-
lis: qui ea iuſtificatis impijs donare dignatꝰ eſt? Qui tales
ſunt: nec ſuam iuſticiã deputãt: ſed eius ex cuius fide viuũt.
Phil'. iij. Unde et apoſtolus dicit. Ut chriſtũ lucrifaciam ⁊ inueniar
in illo non habens meam iuſticiam que ex lege eſt: ſed eam q̄
ij. Cor. v p fidem chriſti que eſt ex deo iuſticiã ex fide. Et in alio loco.
Ut nos ſimus iuſticia dei in illo. Unde et iudeos ita repre-
Rom. x. hendit. Ignorãtes inquit dei iuſticiã ⁊ ſuã volẽtes ſtatuere
iuſticie dei non ſunt ſubiecti. Quiſquis ergo ita vult videri
ab hominibus opera ſua: vt ille glorificetur a quo ea q̄ ĩ illo
videntur accepit: ⁊ ſic ad imitandũ bonum idem ipſi qui vi-
dent pietate fidei prouocẽtur: vere lumen eius lucet coram
hominibus: quia lux charitatis radiatur: nõ ſuperbie fumꝰ
euomitur: et in eo ipſo cauet ne iuſticiã ſuam faciat corã ho-
minibus vt videatur ab eis: quia nec ſuam deputant illã iu-
ſticiam: nec ideo facit vt ipſe videatur: ſed vt ille intelligatur
q̄ laudatur in homine iuſtificato: vt faciat et in laudante q̄ꝺ
laudatur in altero: id eſt vt laudantem faciat eſſe laudabilẽ.
j. Corin. x. Attendite et apoſtolum cum dixiſſet. Placete oĩbus p oĩa
ſicut ⁊ ego omnibus per omnia placeo: quomodo non ibi re-
manſit quaſi ibi cõſtituerit finem intẽtionis ſue vt placeret
Gal'. j. hominibus. Alioquin falſum dixiſſet. Si adhuc hominibꝰ
placerem chriſti ſeruus nõ eſſem: ſed ſtatim ſubiunxit quare
hominibus placeret. Non querens inquit quod mihi vtile ẽ
ſed quod multis vt ſalui fiant. Ita ⁊ non placebat hominibꝰ
propter ſuam vtilitatem: nec chriſti ſeruus non eſſet: ⁊ place
bat hominibus propter illorum ſalutem: vt chriſti eſſet di-
ſpenſator idoneus: quia et illi coram deo conſcientia ſufficie
bat: ⁊ de illo coram hominibus quod imitarentur elucebat.

Mat. v. ¶ De eo q̄ꝺ ſcriptũ ẽ in euãgelio ſm eundẽ. Qui
fecerit et docuerit ſic: maximus vocabitur in re-
gno celorum. Sermo. iij.

A Cum nobis pro officio cõpetat dicere: vobis aũt
conueniat pro deuotione audire: quid tam neceſ-
ſarium tamqꝫ pertinens poterit vtriſqꝫ cõtingere
q̄ꝫ vt quod religioſe dicitur et deuote audiť: obſe
quijs competentibus teneatur? Nam ſi religioſa non tacere
lucrum eſt: tacere diſpendiũ: quanto itaqꝫ potiora lucra po-
tuerint puenire: cũ operationis effectus mõſtrat quicquid
magiſterijs celeſtibus diſcitur et tenetur? Par enĩ cauſa ⁊
docentẽ ⁊ audientẽ cõſtringit: vt vtriuſqꝫ confeſſio factorũ
teſtificatiõe ſignetur. Et q̄uis diſſimile doctoris diſcẽtiſqꝫ
officiũ: tamen vtriſqꝫ debet ſanctarum legum obſequium: vt
iunganť factis qui ſeparantur officijs: copulentur opere qui
diuerſi ſunt noĩe: ⁊ quos vocabula ab inuicem ſeparant: eos
obſeruantia preceptoꝝ fideliter ac deuote cõiungat. Quare
ſic fit vt vtriſqꝫ diuerſus actus ſed obſeruantie par ſit neceſ-
ſarius in vtriſqꝫ effectus: vt factorũ in ambobus cõſpiret aſ-
ſenſus: q̄bus diuerſus eſt ĩ vocabulis ſonus. In doctore enĩ
moleſta eſt cauſa: nec facere: nec precipere: nec obſeruare: in
diſcẽte vero audire velle q̄ꝺ nolit implere: aures vero audi-
Mat. v. tu accõmodare: et ab opere voluntatem auertere. Ceterũ q̄
j. Retrac. facit q̄ꝺ docet: et quicquid imperat cõplet: maximus in cele
xviij. ſtibus ſentẽtia dñi declaratur. At vero qui quod diſcit negli-
git: et quicquid audit cõtemnit: ſalutis reus exiſtit: q̄ obſer-
uanda cõtẽpſit: ⁊ pericula nõ vitauit. Amat enĩ mortẽ: q̄ vi-
te precepta nõ ſeruat: ⁊ horret vitã qui pctã morti debita de
ſperata morte frequẽtat. Ut enĩ p obſeruantiã legis vita ac-
quiritur: ita p cõtemptũ mors cõtumacibus inuenitur. Di-
Mat. xix. cente dño. Si vis vitam inuenire: ſerua mandatum. Ita enĩ
perfectus doctor liber eſt diſcente quem docuit: vt diſcipulꝰ
contemptor inexcuſatus erit: qui facienda didicit ⁊ cõtẽpſit
Nam ⁊ doctor ecõtrario grauius affligitur: ⁊ obſequẽtis di
ſcipuli exemplo plectitur: qui facienda alijs tradidit: q̄ ipſe
non fecit: vt nec a diſcipulis quos docuit potuiſſet ediſcere:
vt quibus doctrine tradiderit magiſteriũ: ab hiſdem factoꝝ
mutaretur exẽplo. Neqꝫ enim pfectio in legũ eſt noticia cõ-
ſtituta: cũ ſit ſcriptũ. Non enĩ auditores legis iuſti ſunt apꝺ Rom. ij.
deũ: ſed factores legis iuſtificabuntur. Neqꝫ enĩ inq̄ꝫ is reli
gioſus et ſanctus eſt: qui nouit legẽ ceſſantibus factis: cũ ex
pediat facere q̄ꝫ docere: quia moleſtuꝫ eſt docere ⁊ nõ facere
Uos amici mei eſtis (inq̄t) ſi feceritis ea que mando vobis. Joh. xv.
O magna bonitas dei. Cui cũ pro cõditione reddere debea B
mus obſequia: vt pote ſerui domino: famuli deo: ſubiecti po
tenti: mancipia redẽptori: amicitiarũ nobis premia repro-
mittit: vt nobis obſequia debita ſeruitutis extorqueat vt q̄s
nolle ſeruire conſpicit ſpõte: ſuorũ beneficioꝝ poſſit promiſ-
ſionibus inuitare: ⁊ quorum voluntates a ſe compeſcit alie-
nas: eorum mẽtes premiorũ liberalitatibus cõſtituat ſuas.
Nam vnde frequẽter aut ĩuitat premio aut terret ſupplicio:
niſi vt benignitatis conſilio a ſe formato homini conſulat:
redempto puideat: vt qui non terretur ſupplicio: inuitetur
premio: ⁊ quem metus a factis reuocare non poſſit: pmiſſio
num benignitas proſit? Cupit enim etiã nolẽtibꝰ ſubuenire
deſiderat miſereri peccanti: qui ſi peccauerit dignos fructꝰ
exhibeat penitẽtie. Inuitus enim in reos vindicat: ſi rei in-
dulgentiã miſerantis non cõtẽnant. Amat enim corrigi pec-
catores: qui in vitã non in mortẽ a principio cõſtituit hoĩes.
Ipſe enim ſibi infert interitũ: qui medentis dñi contempſit
conſiliũ. Reuertimini inquit ad me: et reuertar ad vos. Et Mala. iij.
iterũ. Nolo mortem morientis: tantum reuertatur et viuat. Ezech.
Non vult dominus in quenqꝫ dominari mortem: non vult in xviij.
penam deduci hominẽ: quem in vita conſtituit. Ceterum ho
mo ipſe ſe dignũ efficit morti: qui non paruit legi. Odit vitã:
qui diuinam cõtempſerit diſciplinam. Nam cum dominus
vellet homini demõſtrare que obſeruãti vitã: contẽnẽti affe
runt mortem: inuitauit premio: terruit ſupplicio. Ita enĩ de
cõtemptu vita non poterit prouenire: vt de obſeruãtia mors
euenire non poterit: vt iam homo quod voluerit mereatur: ⁊
eo q̄ meruerit iudicetur: et hoc totum in poteſtate hominis
conſiſtit: qui ſibi ex qualitate vite meritum quod haberet in
uenit. Quare his ſollicite perpẽſis: id eſt vnde ſalus ⁊ vnde
periculũ enaſcatur: ſalutis commodũ diligenti obſeruantia
teneamus: vt periculorũ incommoda de legis contemptu et
prouidi caueamus et contemnentes proſpera et repellentes
aduerſa in conſpectu domini inueniamur ab ipſo cum oĩbꝰ
ſanctis in eterna ſecula ſeculorum. Amen.

¶ De eo quod ſcriptum eſt in euangelio ſm eun
dem. Qui dixerit fratri ſuo fatue: reus erit gehẽ-
ne ignis. et cetera. Sermo. iiij. Ubi de doma-
tione lingue perpulchra ſuccincte declarat.

Sancti euãgelij capl'ꝫ q̄ꝺ mõ cũ legereť audiuimꝰ A
valde nos terruit ſi fidẽ habemꝰ. Eos aũt non ter
ruit q̄ fidẽ non habẽt. Et q2 nõ terret eos: volũt eẽ
pueriſ ſecuri: neſcientes diſtribuere ⁊ diſtinguere
tpa timoris ⁊ ſecuritatis. Timeat ergo q̄ ducit mõ vitam cũ
fine: quo poſſit ĩ illa vita habere ſecuritatẽ ſine fine. Si ergo
timuimꝰ. Quis enĩ nõ timeat loquẽtẽ veritatẽ: et dicentem.
[Qui enim dixerit fratri ſuo fatue. reus erit gehenne ignis] Mat. v.
Linguã aũt nullus hoĩm domare poteſt. Et homo domat fe Jaco. iij.
ram: nõ domat linguã. Domat leonẽ: ⁊ nõ refrenat ſermoneꝫ.
Domat ipſe: et nõ domat ſeipm. Domat q̄ꝺ timebat: ⁊ vt ſe do
met nõ timet q̄ꝺ timere debebat. Sed q̄d fit? Sẽtẽtia vera et
iſta pceſſit de oraculo veritatis. Linguã aũt nullus hoĩꝫ do
mare põt. Quid ergo faciemꝰ fratres mei? Uideo me quidẽ
ad multitudinẽ loqui: ſꝫ q2 vnũ ſumus oẽs in xpo: tanqꝫ ĩ ſe-
creto cõſiliũ capiamus. Nullus nos audit extraneus: vnuꝫ
ſumꝰ: q2 in vnũ ſumus. Quid faciemꝰ? Qui dixerit fratri ſuo
fatue: reus erit gehẽne ignis. Linguã aũt nullus hoĩm do-
mare põt. Ibunt ergo oẽs in gehennã ignis? Abſit. Dñe re- pš. lxxxix
fugiũ tu factꝰ es nobis: in gñatione. Ira tua iuſta ẽ: neminẽ
in gehẽnã mittis iniuſte. Quo ibo a ſpũ tuo: ⁊ a te quo fugiã Pſalm.
niſi ad te? Ergo intelligamꝰ chariſſimi: q2 ſi linguã nullus cxxxviij.

hominum domare pōt: ad deum confugiendū eſt qui domet
linguā noſtrā. Si eni tu eā domare volueris: nō potes: quia
homo es: linguam nullus hoīm domare pōt. Attendite ſimi
litudinē ab ipſis beſtijs quas domamus. Equus non ſe do
mat. Camelus nō ſe domat. Elephātus non ſe domat. Aſpis
non ſe domat. Leo nō ſe domat. Sic et hō nō ſe domat. Sed
vt dometur equus: bos: camelus: elephātus: leo: aſpis: que-
ritur homo. Ergo deꝰ queratur vt dometur hō. Ergo. Dñe
refugiū tu factus es nobis. Cōferimus nos ad te: ⁊ bñ nobis
erit de te. Malum eſt enim nobis de nobis: qꝛ dimiſimus te:
dimiſiſti nos nobis. Inueniamur ergo in te: qꝛ perieramus
in nobis. Dñe: refugium factus es nobis. Quid ergo fratres
mei? Dubitare debemꝰ qꝛ māſuetos nos faciet dñs ſi nos do
mandos ei prebeamus? Domuiſti leonē quem nō feciſti: nō
domat te qui fecit te? Unde eni beſtias tā immanes domare
potuiſti? Nūqd eis equaris viribꝰ corporis? Qua ergo vir-
tute ingētes beſtias domare potuiſti? Ipſa iumēta q̄ dicūt
beſtie ſunt. Non enim indomita tolerantur: ſed qꝛ nō eas no-
uit cōſuetudo niſi in manibus hoīm et ſub frenis hoīm ⁊ ſub
poteſtate hoīm: putas eas manſuetas naſci potuiſſe. Certe
feras immanes attende. Fremit leo: quis non timeat? Et tñ
vnde te intelligis fortiorem? Non corporis virtute: ſed mē-
tis ratione interiore. Fortior es leone: vnde factꝰ es ad ima-
ginem dei. Imago dei domat ferā: ⁊ nō domat deꝰ imaginē
ſuam? In illo ſpes eſt: ei nos ſubdamur: et miām precemur.
In illo ſpem noſtrā ponamꝰ: et donec domemur ⁊ perdome-
B mur: id eſt perficiamur domitorē feramus. Plerunqꝫ enim
profert domitor noſter etiā flagella. Si eni tu ad domanda
iumenta tua profers virgā: profers flagellū: deus nō ꝓferet
ad domāda iumenta ſua quod ſumus nos: q̄ de iumētis ſuis
faciet filios ſuos? Domas equū tuū: q̄d daturus es equo tuo
cū te ceperit portare: manſuetus ferre diſciplinā tuam: obe-
dire precepto tuo: eſſe iumētum: hoc eſt adiumentū infirmi-
tatis tue? Quid ei retribuis quez nec ſaltē ſepelis cū mortuꝰ
fuerit: ſꝫ diſcerpēdū volatilibus proijcis? Domitor tibi deꝰ
hereditatē ſeruat: quod ē ipſe deus: et ad tēpus mortuū reſu
ſcitat te: carnem tuā vſqꝫ ad numerū capillorū reddet tibi: et
cōſtituet te cū angelis i eternū vbi iam nō indigeas domari
j.Cori.xv. ſed tantūmodo a piiſſimo poſſideri. Erit enim tūc deus oīa
in omnibꝰ: nec erit vlla infelicitas q̄ nos exerceat: ſed felici-
tas ſola q̄ paſcat. Ipſe aūt paſtor noſter deus noſter eſt. Ipſe
potus noſter: deꝰ noſter. Honor noſter: deus noſter. Diuitie
noſtre: deus noſter. Quecunqꝫ hic varia queris: ipſe tibi vnꝰ
oīa erit. Ad hāc ſpē hō domat: ⁊ domitor intolerabilis habe
tur? Ad hanc ſpē hō domatur: et cōtra iſtum vtilē domitorē
ſi forte flagellū proferat murmuratur? Audiſtis exhortantē
Heb.xij. apoſtolū. Si ſeparetis vos a diſciplīa: ergo nothi: ⁊ nō eſtis
filij. Nothi ſunt adulteri. Quis eni eſt filius: cui nō debet di
ſciplinā pater eiꝰ? Et carnis q̄dem noſtre inquit patres ha-
bebamus correptores: et ferebamus: non multo magis ſubij
ciemur patri ſpirituū et viuemꝰ? Quid enim tibi potuit pre
ſtare pater tuus: quia corripuit te: quia verberauit te: qꝛ fla-
gellū protulit ⁊ cecidit te? Nunquid preſtare potuit vt viue-
res in eternū? Quod non potuit preſtare ſibi: quomō ꝑſtaret
tibi? Propter pecuniā ſuā quantulancunqꝫ quā de vſuris et
labore collegit: erudiebat te flagellis: ne tibi dimiſſus labor
eius te male viuente diſperderetur. Et cedit filios timēs pe
rire labores ſuos: qm̄ reliquit tibi qđ nec tenere hic poterat:
nec auferre. Nō enim aliq̄d tibi dimiſit qđ ipſius eſſe poſſit.
Ceſſit vt ſic cederes. Deus aūt tuus: redēptor tuꝰ: domitor
tuus: caſtigator tuꝰ: pater tuꝰ: erudit te. Quo? Ut accipias
hereditatez: vbi non efferas patrē: ſed hereditatem habeas
ipſum patrē. Ad hāc ſpē erudiris: ⁊ murmuras: ⁊ ſi q̄d triſte
acciderit: fortaſſe blaſphemas? Quo ibis a ſpū eiꝰ? Ecce di
mittit te ⁊ nō flagellat: deſerit blaſphemantē: nō ſenties iudi
cantē? Nōne melius ē vt flagellet te et recipiat te: q̄ꝫ parcat
pſ.lxxxix tibi et deſerat te? Dicamus ergo dño deo noſtro. Dñe refu-
giū factus es nobis: in generatione et generationem. In pri
ma generatione et altera gñatione: refugiū factus es nobis.
Tu refugiū vt naſceremur q̄ nō eramꝰ. Tu refugiū vt rena-
ſceremur qui mali eramus. Tu refugium vt paſceres deſer-
tores tuos. Tu refugium vt erigas et dirigas filios tuos.
Tu refugium factus es nobis. A te non recedemus cum li-
beraueris nos ab oīmbus malis noſtris: et impleueris nos
bonis tuis. Bona das: blandiris ne fatigemur in via. Corri
pis: cedis: percutis: dirigis: ne aberremus ī via. Siue ergo
blandiris ne fatigemur in via: ſiue caſtiges ne aberremꝰ in
via. Domine refugium tu factus es nobis.

¶ De eo quod ſcriptum eſt in euangelio ſꝫm eun
dem. Petite et dabitur vobis: querite et inuenie
tis. et cetera. vbi quid et quō petendū ſit inſinuat
necnō de ſumptione ciborū diuitis ac paupis q̄ꝫ
plura ꝑpulchre demonſtrat. ⁊ cetera. Sermo. v.

IN lectione ſancti euangelij hortatus eſt nos dñs A
ad orandum. [Petite (inquit) et dabitur vobis: Mat.vij.
querite et inuenietis: pulſate et aperietur vobis. j.Retract.
Omnis enim qui petit accipit: et querēs inuenit: xviij.
⁊ pulſanti aperietur. Aut quis eſt ex vobis homo a quo petit
filius eius panem: nunquid lapidez porrigit ei? Aut ſi piſcē
petierit: nunquid ſerpentē porriget ei? Aut cum petit ouum,
nunquid ſcorpionem porriget ei? Si ergo vos (inquit) cum
ſitis mali noſtis bona data dare filijs veſtris: quātomagis
pater veſter qui in celis eſt: dabit bona petentibus ſe.] Cum
ſitis inquit mali: noſtis bona data dare filijs veſtris. Mirā-
da res fratres. Mali ſumus: et bonū patrem habemꝰ. Quid
euidentius? Audiuimus nomen noſtrum. Cum ſitis inquit
mali: bona data noſtis dare filijs veſtris. Et quos dixit ma-
los: videte qualem patrem illis oſtendit. Quantomagis pa-
ter veſter. Quorum pater? Certe malorū. Et qualis pater?
Nemo bonus: niſi ſolus deus. Ergo fratres ideo mali bonū Lu.xviij.
patrem habemus: ne ſemꝑ mali remaneamꝰ. Nemo malus
facit bonū. Si nemo malus facit bonum: homo malus quō
ſe facit bonum? Facit de malo bonum: qui ſemper eſt bonus.
Sana me domine inquit et ſanabor: ſaluum me fac: ⁊ ſaluus Hiere'.
ero. Quid mihi dicunt vani vana: tu te ſaluum facis ſi volue xvij.
ris? Sana me domine: et ſanabor. Nos boni conditi ſumus
a bono. Fecit enim deus hoīem rectū: arbitrio autem noſtro Eccs.x.
facti ſumus mali. Potuimꝰ eſſe ex bonis mali: et poterimꝰ
eſſe ex malis boni. Sed q̄ ſemper eſt bonus: ipſe facit ex ma-
lo bonum: quia ipſe homo voluntate ſua ſe ſanare non potuit
Non queris medicum vt vulneres te: ſed cum vulneraueris
te: queris qui ſanet te. Bona ergo ſꝫm tempus bona tempora
lia: corporalia: carnalia nouimus dare filijs noſtris etiā cū
ſimus mali. Bona ſunt eni et iſta: quis dubitet? Piſcis: ouū
panis: pomum: frumentum: lux iſta: aer iſte quem ducimus.
Bona ſunt hec: ipſe diuitie in quibus homines extolluntur
⁊ pares ſuos homines alios non agnoſcunt. In quibꝰ inquā
homines extolluntur: magis amantes veſtem fulgētē: q̄ꝫ co
gitātes communem cutē. Ipſe ergo diuitie bone ſunt: ſꝫ iſta
omnia bona que commemoraui a bonis ⁊ malis haberi poſ-
ſunt. Et cum bona ſint: bonos tamen facere non poſſunt. Eſt
ergo bonū quod faciat bonum: et eſt bonum vnde facias bo-
num. Bonum quod facit bonū: deus eſt. Non enim facit ho-
minem bonum: niſi ille qui ſemper eſt bonus. Ergo vt ſis bo
nus: deū inuoca. Aliud autem bonum eſt vnde facias bonū
id eſt quicquid habueris. Aurum eſt: argētū eſt: bonū eſt: nō
q̄ te faciat bonū: ſed vnde facias bonum: habes aurū: habes
argentum. Et habes et cōcupiſcis: et plenus es et ſitis: mor-
bus eſt et non opulentia. Sunt homines in morbo: humore
pleni ſunt: et ſemper ſitiūt. Quomodo ergo deſideras opulē-
tiā: qui habes hydropē concupiſcentiam? Habes ergo aurū
bonū eſt. Habes non vnde ſis bonus: ſed vnde facias bonū
Quod bonum inquit facturus ſum de auro? Nō audiſti pſal Pſ.iij.
mum. Diſperſit inquit dedit pauperibus: iuſticia eiꝰ manet
in ſeculum ſeculi. Hoc eſt bonum: hoc eſt bonum: vnde ſis iu
ſticia bonus: ſi habes bonum: vnde ſis bonus. Fac bonū de
bono vnde non es bonus. Habes pecuniam: eroga. Erogā-
do pecuniam: auges iuſticiā. Diſperſit enim: diſtribuit: de-
dit pauperibus: iuſticia eius manet in ſeculum ſeculi. Uide
quod minuatur: et quod augeatur: Minuitur pecunia: auge
tur iuſticia. Illud minuitur quod eras dimiſſurus: illud mi-
nuitur qđ eras relicturus. Illud augetur quod in eternū es
poſſeſſurus. Cōſiliū do lucrorū: diſce mercari. Laudas enim
mercatorē q̄ vēdit plūbū ⁊ acq̄rit aurū: ⁊ nō laudas mercato
rē q̄ erogat pecuniā ⁊ acquirit iuſticiā? Sed ego inquit non
erogo pecuniā: qꝛ nō habeo iuſticiā. Eroget pecuniā q̄ hꝫ iu
ſticiā. Ego nō habeo iuſticiā: habeo vel pecuniam. Ergo qꝛ

nō habes iuſticiā: ideo nō vis erogare pecuniā? Magis ero
ga pecuniam vt habeas iuſticiam. A quo enim habebis iu-
ſticiam: niſi a deo fonte iuſticie? Ergo ſi vis habere iuſtici-
am eſto mendicus dei: qui te pauloante ex euangelio vt pe-
teres: quereres: pulſares: monebat. Mendicum ſuum ſcie
bat: et ecce paterfamilias ⁊ magnus diues: diuitiarū ſcilicȝ
Mat. vij. ſpiritaliū et eternarū hortaꝛ et dicit tibi. Pete: quere: pulſa.
Qui petit accipit: querēs inueniet: pulſanti aperietur. Hor-
tatur vt petas: negabit qđ petis? Attende a ↄtrario ſimilitu
dinē vel cōparationē: ſicut de illo diuite iniquo hortantem
Lu. xviij. nos ad orationē: qñ ait dñs. Erat quidā iudex ī ciuitate: nec
deū timebat: nec hoīem reuerebaꝛ. Quedam vidua interpel
labat eū quotidie et dicebat. Vindica me. Nolebat ille per
tp̄s. Illa interpellare nō deſinebat: et fecit tedio qđ nolebat
beneficio. Sic eñ a cōtrario nos admonuit vt petamus. Ve
Luce. xj. nit inquit ad amicū ſuū cui hoſpes venerat: et cepit pulſare ⁊
dicere. Hoſpes mihi venit: cōmoda mihi tres panes. Reſpō
dit ille. Iā requieſco et mecū ſerui mei requieſcunt. Ille non
ceſſat: aſtat: iſtat: pulſat: et tanqȝ amicus ab amico mēdicat.
Et quid ait? Dico vobis: qꝛ ſurgit: et non propter amicitiā
eius: ſed propter improbitatē dat illi quantos voluerit. Nō
propter amicitiā: qꝛ amicus eius ſit: ſed propter improbita-
tē. Quid eſt propꝛ improbitatē? Quia pulſare nō deſtitit: qꝛ
et cū eſſet negatū nō ſe auertit. Ille q̄ nolebat dare quod pe-
tebaꝛ fecit: qꝛ ille in petendo nō defecit. Quātomagis dabit
deus bonꝰ q̄ nos hortaꝛ vt petamus: cui diſplicet ſi non peta
mus? Sed cum aliquādo tardius dat: cōmēdat dona nō ne-
gat. Diu deſiderata dulcius obtinenꝛ: cito aūt data vileſcūt
Pete: quere: inſta. Petendo et querendo creſcis vt capias.
Seruat tibi deus quod non vult cito dare: vt et tu diſcas
Lu. xviij. magna magne deſiderare. Inde oportet ſemper orare: et
non deficere. Si ergo fratres mei mendicos ſuos nos fecit
deus: monendo nos et hortando ⁊ iubendo vt petamus: que
ramus: pulſemus. Attendamus ⁊ nos q̄ a nobis petunt. Pe
timus nos. A quo petimꝰ? Quid petimꝰ? A quo vel q̄ vel q̄d
petimus? Petimus a deo bono: petimus hoīes mali. Peti-
mus aūt iuſticiā: vnde ſimus boni. Hoc ergo petimꝰ: quod ī
eternū habemus. Quo cū ſaturati fuerimꝰ: vlterius nō egea
mus. Sed vt ſaturemur: eſuriamus ⁊ ſitiamus. Eſuriendo ⁊
Matth. v. ſitiendo petamus: queramus: pulſemus. Beati eñ q̄ eſuriūt
et ſitiunt iuſticiā. Quare btī? Eſuriunt et ſitiunt et btī ſunt?
Aliquando egeſtas beata eſt. Non inde beati ſunt: qꝛ eſuriūt
et ſitiūt: ſed qꝛ ip̄i ſaturabunꝛ. Ibi erit btitudo in ſaturitate:
nō in fame. Sed precedat ſaturitatē fames: ne faſtidiū nō p-
ueniat ad panes. Ergo diximꝰ a quo petamꝰ: q̄ petamꝰ: q̄d
petamus. Sed petiꝛ et a nobis. Mendici eñ dei ſumus. Vt
agnoſcat ille mendicos ſuos: agnoſcamus nos noſtros Sed
et ibi etiā cogitemus quando petitur a nobis: qui petunt a q̄
bus petunt: quid petunt. Qui petūt? Homīes. A quibus pe-
tunt? Ab homībus. Qui petūt? Mortales. A quibꝰ petunt?
A mortalibus. Qui petunt? Fragiles. A quibꝰ petūt? A fra-
gilibus. Qui petūt? Miſeri. A quibꝰ petunt? A miſerꝭ. Exce
C ptā ſubſtantia facultatū: tales ſunt qui petūt: quales ſunt a q̄
bus petūt. Quā frontē habes petēdo ad dñm tuū: q̄ nō agno
ſcis parētuū? Non ſum inquit talis: abſit a me vt talis ſim.
Inflatus obſericatus iſta loquitur de pannoſo. Sed ego nu
dos interrogo. Non interrogo in veſtibus: quales ſitis: ſed
quales nati fueritis. Ambo nudi: ambo infirmi: ambo miſe-
ram vitam inchoantes: ideo ambo plorātes. Ecce recole di-
ues primordia tua: vide vtrū huc aliq̄d attuleris. Iā veniſti
et tanta inueniſti. Dic ergo rogo te quid attuliſti? Dic q̄d at-
tuleris? aut ſi dicere erubeſcis: apl̄m audi Nihil intulimus
in hunc mundū. Nihil inquit intulimꝰ in hūc mūdum. Sed
forte qꝛ nihil attuliſti: et hic multa inueniſti: aliq̄d hinc tecū
ablaturus es? Et hoc fortaſſe amore diuitiarū trepidas cō-
ij. Tim. vj fiteri. Audi et hoc: et hoc apl̄s dicat: q̄ te nō palpat. Nihil ī
tulimus in hunc mundū: vtiqȝ quādo nati ſumꝰ. Sed nec au
ferre aliquid poſſumꝰ: vtiqȝ quādo de mundo eximꝰ. Nihil
attuliſti: nihil hinc auferes: q̄d te inflas cōtra pauperē? Qñ
naſcuntur infantes: recedant de medio parentes: ſerui: clien
tes: recedant de medio turbe obſequentes: et agnoſcanꝛ pue
ri diuites flentes. Pariant ſimul diues et pauper: pariāt ſi-
mul mulier diues et mulier pauper: nō attendant quod pari
unt: diſcedant paululum: redeant et cognoſcāt. Ecce diues
nihil intuliſti in hunc mundū: ſed nec auferre hīc aliquid po
tes. Quod dixi de natis: hoc dico de mortuis. Certe qñ caſu
aliquo vetera ſepulchra franguntur: oſſa diuitis agnoſcātur
Ergo diues audi apl̄m: Nihil intulimus in hunc mundum
Agnoſce verum eſt. Sed nec auferre aliq̄d poſſumus. Agno
ſce: et hoc verum eſt. Quid ergo ſequiꝛ? Victū et tegumentū vbi ſ.
habentes: his contenti ſimus. Nam qui volunt diuites fieri
incidūt in tentationē ⁊ deſideria multa et noxia: q̄ mergunt
hominem in interitum et perditionem. Radix eſt eñ omniū
malorum auaricia: quam quidam ſequentes: a fide perraue
runt. Attende quid dimiſerunt. Doles q̄ hoc dimiſerunt: vi-
de quo ſe inſeruerunt doloribꝰ multis. Sed qui? Qui volunt
diuites fieri. Aliud eſt eſſe diuitē: aliud velle diuitē fieri. Di
ues eſt q̄ a diuitibꝰ natus eſt: non qui voluit. Diues eſt: quia
multi hereditates dimiſerunt. Video facultates: nō interro
go voluptates. Hic cupiditas accuſatur: non aurū: non argē
tum: non diuitie: ſed cupiditas. Nam qui volunt diuites fie
ri: vel qui non curant: vel qui non ardent cupiditatibus: non
auaricie facibꝰ accēdunꝛ: ſed diuites ſunt. Audiāt apl̄m: ho-
die lectū eſt Precipe diuitibus huiꝰ mūdi. Precipe. Quid D
Precipe añ oīa nō ſuperbe ſape. Nihil eſt eñi qđ ſic generēt j. Tim. vj.
diuitie: q̄mō ſupbiā. Omne pomū: oē granū: omne frumētū
omne lignū habet vermem ſuum. Et alius eſt vermis mali:
alius piri aliꝰ fabe alius tritici. Vermis diuitiarum ſuper-
bia. Ergo precipe diuitibus huius mundi: nō ſuperbe ſape-
re. Excluſit vitium: non ſuperbe facere. Doceat vſum de eo
quod ſequiꝛ. Neqȝ ſperare in incerto diuitiarū. Qui non ſpe-
rant in incerto diuitiarū: nō ſupbe ſapiunt Qui altū ſapiunt
timeāt. Si timēt: non ſapiunt. Q̄ multi heri diuites: hodie
pauperes. Q̄ multi dormiūt diuites: et venientibus latrō[i]
bus et cuncta auferentibꝰ euigilant pauperes. Ergo nō ſpe
rare in incerto diuitiarum: ſed in deo viuo qui preſtat nobis
omīa abundanter ad fruendū eterna: ad vtendū temporalia
Tēporalia tanqȝ viatoribus: eterna tanqȝ habitatoribꝰ. Tē
poralia: vnde bona faciamꝰ: eterna vñ boni efficiamur. Er-
go hoc faciant diuites: nō ſupbe ſapiant: neqȝ ſperent in īcer
to diuitiarū: ſed in deo viuo q̄ preſtat nobis omīa abundanꝛ
ad fruendū. Hoc faciant. Ex eo aūt quod habent quid faci-
ant? Audi quid. Diuites ſint in operibus bonis: facile tribu vbi ſupra.
ant. Facile: habent eñ vnde. Quare non faciunt? Pauper-
tas: difficultas eſt. Facile tribuant: habent vnde. Cōmuni-
cent: id eſt pares ſuos mortales agnoſcant. Cōmunicent the
ſauriſent ſibi fundamentum bonum in futurum. Non enim
quia dico inquit facile tribuant: cōmunicēt: expoliare illos
volo: nudare illos volo: inanes relinquere volo. Doceo lucrū
cum oſtendo: theſaurizent ſibi. Non enim volo vt pauperes
remaneant. Theſaurizant ſibi. Non vt perdant dico: ſȝ quo
migrent oſtendo. Theſaurizent ſibi fundamentum bonum
in futurum: vt apprehēdant veram vitam. Hec ergo falſa vi
ta eſt: apprehendant veram vitam. Vanitas enim vanitatū Ecc̄s. j.
et omnia vanitas. Que abundantia tanta hominis in omni
labore ſuo: quo ipſe laborat ſub ſole? Apprehendēda ergo ve E
ra vita: migrande ſunt facultates noſtre ad locum vere vite:
vt hoc ibi inueniamus quod hic damꝰ. Mutat illa: qui mu-
tat et nos. Date ergo pauperibus fratres mei. Victum et te j. Tim. vj.
gumentum habentes his contenti ſimus. Nihil diues habȝ
de diuitijs ſuis: niſi quod ab illo poſtulat pauper: victum ⁊
tegumentum. Hinc tu quid plus habes ex omnibus que ha
bes? Accepiſti victum: accepiſti neceſſarium tegumentum
Neceſſarium dico: non inane: non ſuperfluuȝ. Quid plus de
diuitijs tuis capis? Dic mihi? Certe omnia tua ſupflua erūt
Que ſunt tua ſuperflua: ſint pauperibus neceſſaria. Sȝ ego
inq̄t precioſas epulas accipio: precioſis cibis veſcor. Pau-
per quid? Vilibus cibis veſcitur pauper: ego inquit precio-
ſis. Interrogo vos quando fueritis ambo ſatiati: precioſus
cibus ad te intrat: quid fit cum intrauerit? Nonne ſi peculia
ria in ventre haberemus: de omibus cibis precioſis erube-
ſceremus: quibus ſaturatus es? Eſurit pauper: eſurit diues
Saturari querit pauper: ſaturari querit diues. Saturatur
pauper de vilibus cibis: ſaturatur diues de precioſis ci-
bis. Saturitas equalis eſt: poſſeſſio vna eſt: quo ambo vo-
lunt peruenire. Sed ille per compendium: ille circuit. Sed
melius inquit mihi ſapiunt apparata precioſa. Vix faſti- xlj. diſ. non
dioſus ſatiaris Neſcis quomō ſapit: qđ fames accendit. Ne cogantur.

ꝙ ita hoc dixi: vt diuites cogã epulis et cibis pauperũ veſci
Utantur diuites conſuetudine infirmitatis ſue: ſed doleant
aliter ſe non poſſe. Melius em̃ poſſint: ſi aliter poſſint. Si er
go non extollit̃ pauper de mẽdicitate: tu quare extolleris de
infirmitate? Utere cibis electis: precioſis: qꝛ ſic cõſueuiſti
quia nõ aliter potes: quia ſi cõſuetudinẽ mutas egrotas. Cõ
ceditur tibi vtere ſupfluis: da pauperibꝰ neceſſaria: vtere ꝓ
cioſis da paupibꝰ vilia. Expectat a te expectas a deo Expe
ctat ille manũ q̃ facta ẽ ſecũ: expectas tu manũ q̃ fecit te. Sꝫ
non ſolum te fecit: ſed et pauperẽ tecum. Dedit vobis vnã vi
am iſtam vitã. Inueniſtis vos comites: vnã viã ambulaſtis
Ille nihil portat: tu nimiũ oneratus es. Ille nihil ſecũ por:
tat: tu iterũ plus portas ꝙ opus eſt. Oneratꝰ es: da illi de eo
quod habes: ꝛ illũ paſcis: et pondus minuis. Date ergo pau
peribus: rogo: moneo: precipio: iubeo. Quicquid vultis da:
te pauperibus. Nõ em̃ occultabo charitati veſtre: quare hũc
ſermonẽ neceſſe habui vobis promere. Ex quo hic ſumꝰ eũ:
tes ad eccl'iam et redeuntes: pauperes interpellant nos: ꝛ di
cunt vt dicamus vobis vt aliq̃d accipiant a vobis. Nos mo
uerunt loqui vobis: et ſe vident nõ accipere a vobis. Inanit̃
arbitrant̃ nos laborare in vobis. Expectant et aliquid a no:
bis. Damus quantũ habemus: damus ſicut poſſumus. Nũ:
quid tñ ad eorũ neceſſitatẽ implẽdã idonei ſumus? Quia er:
go ad eorũ neceſſitatẽ implendam idonei non ſumus: vl' ad
vos legati ipſorum ſumus. Audiſtis: laudaſtis: deo gratias
Semen accepiſtis: verba reddidiſtis. Laudes iſte vr̃e gra:
uant nos potius et in periculũ mittunt. Toleramus illas et
tremimus inter illas. Tñ fratres mei iſte laudes vr̃e folia
ſunt arborũ: fructus querit̃.

Mat. viij. ¶ De puero Centurionis et verbis eiꝰ indignũ
ſe pꝛſentia dñi iudicãtis in euangelio ſꝫm eundem.
In quo cẽturionis zachei ꝛ gentium fidẽ ex vna
parte cõmendat ꝛ humilitatẽ. phariſei vero ꝛ iu=
deoꝝ ex altera parte dãnat ſuperbiã atqꝫ ĩfideli=
tatem. ꝛ cetera. Sermo. vj.

A Audiuimus cũ euangeliũ legeret̃: fidem noſtram ĩ
humilitate laudari. Ad domũ quippe Centurio:
nis cũ ſe promitteret dñs ieſus iturũ vt puerũ eiꝰ
ſanaret: ille reſpondit. [Non ſum dignus vt ſub te
ctũ meũ intres: ſed tm̃ dic verbo et ſanabitur.] Dicendo ſe in
dignũ: preſtitit dignuꝫ. Non in cuius parietes: ſed in cuius
corꝑ ꝓs intraret. Neqꝫ hoc diceret cũ tanta fide et humilita:
te: niſi iam illũ quẽ timebat intrare domũ ſuã corde geſtaret
Nam non erat magna felicitas: ſi dñs ieſus intraret in pa:
rietes eius: et nõ eſſet in pectore eius. Magiſter quippe hu:
Luce. vij. militatis ꝛ verbo et exemplo diſcubuit: et in domo cuiuſdã
phariſei ſupbi noĩe ſymonis. Et ſi in domo eius recũberet:
non erat in corde eius vbi caput filius homĩs reclinaret. Ita
em̃ quendã ſuperbũ quantũ intelligitur ex verbis ipſius dñi
Mat. viij. vltro ſe ire cupientẽ a ſuo diſcipulatu reuocauit. Sequar te
Luce. ix dñe quocunqꝫ ieris. Et dñs in corde eiꝰ inuiſibilia videns.
Uulpes inquit foueas habẽt: et volatilia celi nidos: filiꝰ aũt
hominis non habet vbi caput ſuũ reclinet. Hoc eſt habitant
in te inſidie ſicut vulpes: habitat ſuperbia ſicut celi volatilia
filius aũt homĩs ſimplex contra inſidias: humilis cõtra ſup
biã: nõ habet vbi caput ſuũ reclinet. Et ipſa reclinatio capitꝭ
nõ erectio: humilitatis magiſtra. Reuocat ergo iſtum ire cu
pientem: trahit alterũ recuſantẽ. Eodẽ quippe loco ait cui:
Mat. viij. dam. Sequere me. Et ille. Sequor dñe: ſꝫ ſine me primo ire
et ſepelire patrẽ meũ. Pie quidẽ excuſauit: et iõ dignior cu:
ius excuſatio remoueret̃: vocatio firmaretur. Piũ erat qđ
volebat facere: ſed docuit magiſter quid debuiſſet prepone:
re. Uolebat em̃ eum eſſe viui verbi predicatorem: ad facien
dos victuros. Erant aũt alij per quos illa neceſſitas imple:
Ubi ſupra retur. Sine inquit mortuos ſepelire mortuos ſuos. Infide:
les cadauer qñ ſepeliunt: mortui mortuuꝫ ſepeliunt. Illius
corpus animã perdidit: illoꝝ aĩa deum. Sicut em̃ anima eſt
vita corporis: ſic vita anime deus. Sic expirat corpus cum
animã emittit: ita expirat anima cum deũ amittit. Deꝰ amiſ
ſus: mors anime. Anima emiſſa mors corpis. Mors corpo:
Luce. vij. ris neceſſaria: mors anime volũtaria. Diſcũbebat ergo dñs
in domo cuiuſdã phariſei ſupbi. In domo eius erat: vt dixi:
et in pectore eius non erat. In huius vero centurionis do:
mũ nõ intrauit: et pectus poſſedit. Zacheus vero dñm ꝛ do Luce. xix.
mo ſuſcepit et animo. Huius tñ fides in humilitate laudat̃.
Dixit em̃. Non ſum dignus vt ſub tectũ meũ intres. [Et dñs B
Amen dico vobis: nõ inueni tantã fidem in iſrael] ſꝫm carnẽ
Nam ꝛ iſte iam iſraelites erat ſꝫm ſpiritum Uenerat dñs ad
iſraelẽ carnalẽ id ẽ ad iudeos: ibi primũ querere oues perdi
tas: in quo populo ꝛ de quo populo etiã corpus aſſumpſerat:
Non ibi inuenit tantã fidẽ: ipſe dicit: Poſſumꝰ nos metiri
fidẽ hominũ ſicut homĩes? Ille qui interiora cernebat: ille
quẽ nemo fallebat ꝓhibuit teſtimoniũ cordis hoĩs: audiẽs
verba hũilitatꝭ: ꝓnũcians ſentẽtiam ſanitatis Unde autem
hoc ꝓſumpſit? [Et ego inquit hõ ſum ſub ptãte conſtitutus:
habens ſub me milites: ꝛ dico huic vade ꝛ vadit: et alio ve:
ni ꝛ venit: ꝛ ſeruo meo fac hoc et facit.] Poteſtas ſum q̃buſ:
dam ſub me poſitis: ſub poteſtate quadam ſup me. Si ergo
ego inquit homo ſub poteſtate: iubendi habeo poteſtatem:
quid tu poſſis cui omẽs ſeruiunt poteſtates? Erat autẽ iſte
de gentibus: erat quippe centurio. Iã iudea gens habebat
militẽ: habebat romanũ imperiũ. Ibi iſte militem agebat:
quantũ agere centurio poterat. Et habens poteſtatem ꝛ ſub
poteſtate: ſubditꝰ obediẽs: ſubditos regens. Dñs aũt qđ in
tendat precipue neceſſario charitas veſtra: ꝙuis in populo
iudaico eſſꝫ: iã ꝓnunciabat eccleſiã toto orbe frarũ futurã ĩ
q̃ erat miſſurꝰ apl'os. Ipſe a gẽtibꝰ ñ viſus ꝛ credit̃ a iudeis
viſꝰ ꝛ occiſus. Quõ ei domũ huiꝰ dñs corꝑe nõ ĩtrauit: ꝛ eiꝰ
tamẽ fidẽ atqꝫ ipſam domũ abſens corpore: preſens maieſta:
te ſanauit: ſic et idẽ dñs in ſolo iudeo ppl'o corpore fuit: apđ
alias gentes nec de virgĩe natus eſt: nec paſſus eſt: nec pedi:
bus ambulauit: nec humana ꝑtulit: nec diuina mirabilia fe:
cit. Nihil horũ in ceteris gentibus: et tñ de illo impletuꝫ eſt
quod q̃dem dictum erat. Populus quẽ non cognoui ſeruiuit pſ. xvij.
mihi. Quomodo ſi nõ cognouit? In auditu auris obediuit
mihi Iudea gẽs cognouit ꝛ crucifixit. orbis terraꝝ audiuit
et credidit. Hãc quodammõ abſentiam corꝑis ſui et preſen:
tiam ꝟtutis ſue in oĩbꝰ gentibus. et in illa muliere ſignifica:
uit que fimbriam veſtimẽti eiꝰ tetigerat. cum req̃rit dicens:
Quis me tetigit? Tanquã abſens req̃rit: tanqꝫ ꝓſens ſanat. Luc. viij.
Turbe te inquiunt diſcipuli cõprimunt: et dicis quis me teti:
git? Quaſi em̃ ſic ambularet vt a nullo prorſus corpore tan:
geretur: ita dixit. Quis me tetigit? Et illi. Turbe te compri
munt. Et tanqꝫ diceret dñs: tangentẽ quero non prementẽ.
Sic etiã nũc eſt corpus eius: id eſt eccl'ia eius. Tangit eã fi:
des paucorũ: premit eã turba multorũ. Corpus em̃ xp̃i eſſe
eccl'iam tanqꝫ filij eius audiſtis: et ſi vultis ipſi eſtis. Apoſto
lus multis locis hoc dicit. Pro corpore inquit eius q̃ eſt ec: Col. j.
cleſia. Et iterũ. Uos aũt eſtis corpus xp̃i et mẽbra. Si ergo j. Cor. xij.
eius corpus ſumus: qđ tunc corpus eius in turba patiebat̃:
hoc patitur eccl'ia ipſius. A turbis premit̃: a paucis tãgitur.
Caro em̃ premit: fides tangit. Erigite quippe oculos obſe:
cro vos: qui habetis vñ videatis. Habetis em̃ quod videatꝭ
Erigite oculos fidei: tãgite extremã fimbriã veſtimẽti: ſuf:
ficiat ad ſalutẽ. Uidete qđ audiſtis ex euãgelio tunc futurũ
nũc preſens eſt. Iõ inquit dico vobis ꝓpter laudatã centuri
onis fidẽ tanqꝫ alienigene carne: domeſtici corde. Propte: C
rea inquit: multi ab oriente et occidente venient. Non oẽs ſꝫ
multi: tamen ipſi ab oriente ꝛ occidẽte: iſtis partibus duabꝰ
totus orbis deſignat̃. [Multi ab oriente et occidente veniẽt
et recumbent cum abraam et iſaac ꝛ iacob in regno celorum:
filij aũt regni eijcient̃ ĩ tenebras exteriores.] Filij regni: iu:
dei ſcꝫ. Unñ filij regni? Quia legẽ acceperunt ad quos ꝓphe
miſſi ſunt: apud quos templum et ſacerdotiũ fuit: q̃ celebra:
bãt figuras oĩm futuroꝝ. Quaꝝ em̃ rerũ figuras celebraue:
rũt: preſentiã nõ cognouerũt. [Filij] ergo [regni ibũt inquit
in tenebras exteriores: ibi erit ploratus et ſtridor dentium]
Uidemus iudeos reprobatos: videmꝰ xp̃ianos ab oriẽte ꝛ
occidente vocatos ad quoddã conuiuiũ celeſte: vt recũbãt
cũ abraã: iſaac et iacob: vbi panis iuſticia: vbi potꝰ ſapiẽtia
Attẽdite ergo fratres. Hoc ei eſtis: ex hoc ppl'o eſtis: iã tũc
predicato: nũc preſentato. De his vtiqꝫ eſtis q̃ vocati ſunt ab
oriente ꝛ occidẽte recũbere ĩ regno celoꝝ: nõ in tẽplis idolo
rũ. Eſtote ergo corpus xp̃i: nõ preſſura corꝑis xp̃i. Habetis
veſtimẽti fimbriã quã tãgatꝭ: vt a ꝓfluuio ſãguis. i. a carna:
liũ voluptatũ fluxu ſanemi. Habetꝭ inqꝫ veſtimẽti fimbriã quã

tangatis. Veſtem putate apoſtolos: ſub textura vnitatis ad
herentes lateribus chriſti. In his apoſtolis erat tanq̃ fim-
j.Cor.xv. bria minimus et nouiſſimus paulus: ipſo dicente. Ego ſum
minimus apoſtolorum. In veſte nouiſſimũ et minimũ fim-
bria eſt. Fimbria cum contẽptu aſpicitur: ſed cum ſalute tan
j.Cor.iiij. gitur. Uſq̃ ad hanc horam: ⁊ eſurimus et ſitimus et nudi ſu
mus: et colaphizamur. Quid tam extremum? quid tam con-
temptibile? Tange ſi fluxũ ſanguinis pateris: exiet virtus
de illo cuius veſtis eſt: ⁊ ſanabit te. Fimbria modo tangẽda
j.Cor.viij. proponebatur quando ex eodem apoſtolo legebat̃. Si enim
quis viderit eũ qui habet ſcientiã in idolio recumbentem:
nonne cõſcientia eius cum ſit infirma edificabit̃ ad mandu-
candum idolothita? Et peribit infirmus in tua ſcientia fra-
ter: propter quẽ xp̄s mortuus eſt? Quõ putatis decipi poſſe
ſimulachris homines: q̃ a chriſtianis honorari putant̃? No
uit inquit deus cor meũ: ſed frater tuus non nouit cor tuum.
Si infirmus es: caue maiorẽ egritudinem. Si infirmus es:
cura infirmitatem fratris. Qui vidẽt iſta edificantur ad ido
lia: vt nõ tm̃ ibi manducare ſed et ſacrificare deſiderent. Ec-
ce perit infirmus in tua cõſcientia frater. Audi frater. Si cõ
temnebas infirmum: etiam fratrem contẽnis. Expergiſce-
re. Quid in ip̄m xp̄m peccas? Attende enĩ q̃ nullo pacto poſ
ſis contẽnere. Sic autem peccantes inquit in fratres et per-
cutientes conſcientiã eorum infirmam: in xp̄m peccatis. Eãt
nunc qui iſta contẽnunt: et recumbant in idolio: nonne erunt
prementes non tangentes? Et cum recubuerint in idolio ve-
niant et impleant eccleſiam: nõ ſalutem accepturi: ſed preſſu
D ram facturi. Sed timeo inquies: ne offendam maiorem. Ti
me prorſus ne offendas maiorem: et nõ offendis deũ. Quid
enim times: ne offendas maiorem? Vide ne forte maior ſit
iſto quem times offendere. Maiorem certe noli offendere:
Hec tibi regula proponitur. Nonne manifeſtum eũ minime
offendendum: qui maior eſt ceteris? Diſcute nunc maiores
tuos. Primi tibi ſunt pater et mater. Si recte educantes: ſi
in xp̄m nutrientes: audiendi in omnibus: obtemperandum
eis in omni iuſſione contra maiorem ſi nihil iubeant et ſerui
atur illis. Quis eſt inquis maior eo qui me genuit? An ille q̃
te ip̄m creauit? Generat em̃ homo: creauit deus. Unde gene
rat homo neſcit: quid generaturus ſit neſcit. Ille q̃ te vidit vt
faceret anteq̃ eſſet quẽ fecit: certe maior eſt patre tuo. Ma-
ior ſit patria et ipſis parentibus tuis: vt quicq̃d iuſſerint pa-
rentes contra patriã non audiantur: et quicquid iuſſerit pa
tria cõtra deum: non audiat̃. Si enim ſanari vis: ſi poſt flu-
xum ſanguinis: ſi poſt .xij. annos in illo morbo: ſi poſt ꝯſum-
mata om̃ia in medicis ⁊ non recepta ſanitate aliquando vis
ſana fieri o mulier: quam alloquor in typo eccl'ie: iubet illud
pater tuus: et illud iubet populus tuus. Sed dicit tibi dñs
tuus. Obliuiſcere populum tuũ: et domũ patris tui. Quo bo
Ps.xliiij. no: quo fructu: qua mercede? Qm̃ cõcupiuit inquit rex deco
rem tuum. Concupiuit quod fecit: qm̃ vt pulchrã faceret fe-
dam amauit. Pro infideli et feda ſanguinem fudit: fidelem
ac pulchram reddidit: dona ſua in te amauit. Quid em̃ ſpon-
ſo tuo contuliſti? Quid in dotem a priore patre et priore po-
pulo accepiſti? Nonne luxurias et pannos peccatorũ. Abie
cit pannos tuos: diſcidit ciliciũ tuũ: miſertus eſt vt ornaret:
j.Cor.viij. ornauit vt amaret. Quid plura fratres xp̄iani? Audiſtis q̃
peccantes in fratres et percutientes conſcientiã eorũ infir-
mam: in xp̄m peccatis. Nolite contẽnere ſi non vultis deleri
de libro vite. Ediu conamur luculente et delectabiliter vo
bis dicere: q̃ dolor noſter cogit quõcunq̃ dicere ⁊ tacere nõ
permittit? Quicunq̃ voluerit iſta contẽnere in xp̄m peccãt
videant quid agãt. Paganos reliquos colligi volum⁹. La
pides eſtis in via: venire volentes offendunt et redeunt. Di-
cunt em̃ in cordib⁹ ſuis. Quare nos relinquam⁹ deos: quos
xp̄iani ipſi nobiſcum colunt? Abſit a me inquis: vt ego deos
gentiũ colam. Noui: intelligo: credo. Quid facis de conſciẽ
tia infirmi quã percutis? Quid facis de precioſo? Si cõtem
Ubi.s. nis quod emptũ eſt: vide quanti emptũ eſt. Peribit inquit ĩ
firmus in tua ſcientia quã te dicis habere vt ſcias quia nihil
eſt idolũ: et animo cogites deũ: et ſic recũbas in idolio. In
hac ſcientia perit infirmus. Et ne contemnas infirmũ addi
E dit. Propter quẽ xp̄s mortuus eſt. Quẽ vis contẽnere preci
um eius attende: ⁊ cum morte xp̄i totũ mundũ appende. Et
ne adhuc te putares in infirmũ peccare et leue duceres pec-

catum ac paruipenderes. In xp̄m inquit peccatis. Solent em̃
homines dicere. In hoĩem pecco: nunquid in deũ? Negas
deũ xp̄m. Audes negare xp̄m deũ? An aliquid in idolio cũ
recumberes didiciſti? Nõ admittit iſtã doctrinã xp̄i doctri
na. Quere vbi didiceris xp̄m nõ eſſe deũ. Pagani hoc ſolẽt
dicere. Vides quid faciũt menſe male? Vides quõ corrum- j.Cori.xv.
pũt mores bonos: colloquia mala? Tu ibi de euangelio loq̃
non potes: et de idolis loquentes audis. Amittis ibi q̃ xp̄s
deus ẽ. Et qđ ibi bibis: in eccl'ia vomis. Forte hic audes lo-
qui: forte inter turbas audes murmurare. Nunq̃d xp̄s nõ
homo fuit? Nõne crucifixus eſt? A paganis hoc didiciſti: ſa
lutẽ perdidiſti: fimbriã nõ tetigiſti. Tange et in hoc fimbriã
recipe ſalutẽ: ſicut eã te tãgere docuim⁹ in eo qđ ſcriptũ eſt.
Qui viderit fratrẽ in idolio recũbentẽ. Tange illã de diui- j.Cor.viij.
nitate xp̄i. Et de iudeis dicebat eadẽ fimbria. Quorũ p̄res Rom.ix.
ex quibus xp̄s ſcđm carnẽ: qui eſt ſup omnia deus benedict⁹ ĩ
ſecula. Ecce in quẽ veruz deũ peccas: dum diſcumbis apud
deos falſos. Non eſt inquit deus: q: geniũ eſt chartaginis: q̃
ſi ſi mars aut mercurius eſſet: deus eſſet. Sz quõ ab ipſis ha
beatur attende: nõ quid ſit. Nam et ego tecũ ſcio: quia lapis
eſt. Si geniũ ornamentum ẽ aliquod: ciues carthaginis bñ
viuãt: ⁊ ipſi erũt geniũ carthaginis. Si aũt geniũ demoniũ ẽ
audiſti et ibi Que ĩmolãt gentes demonib⁹ ĩmolãt: ⁊ nõ deo
Nolo vos ſocios fieri demonioꝝ. Nouim⁹ q: ñ ẽ de⁹: vtinã ⁊ j.Cori.x.
illi ſic norint. Sed ꝓpter eos q̃ hoc nõ norint infirmos: nõ dz
percuti conſcientia ipſorum. Hoc monet ap̄ls. Nam et illi q̃
numẽ habeant et pro numine accipiant illã ſtatuã: ara teſta-
tur. Quid illic faciat ara: ſi illud nõ habetur pro numine? Ne
mo mihi dicat. Nõ eſt numẽ: non eſt deus. Iam dixi: vtinaz
ſic ipſi norint hoc: quõ nouim⁹ oẽs nos. Sed quid. Habeant
pro qua re habeãt: qđ ibi faciat: ara illa teſtat̃. Conuicit om-
nium colentiũ mentes: non conuincat recumbentes: ſed non
premant̃ xp̄iani: ſi premunt̃ pagani. Corpus xp̄i eſt. Nõne
hoc dicebamus: quia corpus xp̄i premebat̃ et tangebatur?
Tolerabat prementes: querebat tangentes: atq̃ vtinã frẽs
a paganis premat̃ corpus chriſti: a quibus premi ſolet: xp̄ia
ni non premant corpus xp̄i: Fratres: ad nos pertinet vobis
dicere: ad nos pertinet xp̄ianis loqui. Quid eĩ mihi de his j.Cori.v.
qui foris ſunt iudicare? Ipſe ap̄ls ait. Illos alloquimur ali-
ter: tanq̃ infirmos. Blandiendũ eſt illis vt audiant veritatẽ F
in vobis ſecanda putredo eſt. Si queritis vnde vincant̃ pa-
gani: vnde illuminent̃: vnde ad ſalutẽ vocẽtur: deſerite oẽs
ſolẽnitates eorum: deſerite nugas ipſorum: et ſi non conſenti
unt veritati noſtre: erubeſcunt paucitatis ſue. Bonus ſi fuerit
qui tibi preeſt: nutritor tuus eſt. Malus ſi fuerit: tẽtator tu⁹
eſt: et nutrimenta libenter accipe: et in tentatione approba-
re. Eſto aurum. attende mundũ iſtum tanq̃ fornacẽ aurifici
In vno anguſto loco tria ſũt: aurũ: palea: ignis. Ad illa duo
ignis apponit̃: palea vritur: auꝝ purgat̃. Ceſſit quis neſcio
minis et adductus eſt ad idoliũ. Ue mihi quia paleam plan
go: cinerem video. Non ceſſit minis: non ceſſit terrorib⁹: ad
ductus ad iudicem ſtetit in cõfeſſione ſua: non eſt flexus ad
idoliũ. Quid facit flamma? Nõne auꝝ purgat? State ĩ dño
fratres: potẽtior eſt q̃ vocauit vos: minas impioꝝ ne timue-
ritis: inimicos patimini. Habetis pro quib⁹ oretis. Pror-
ſus nõ vos terreant. Hec eſt ſanitas: haurite hinc in iſto ꝯui-
uio: hic bibite vnde ſatiemini: nõ illic vnde inſaniatis. Sta-
te in dño. Aurũ eritis: argentei eſtis. Iſta ſimilitudo non a
nobis eſt: de diuina ſcriptura eſt. Legiſtis: audiſtis. Sicut ĩ
fornace aurũ probauit illos: et ſicut holocauſti hoſtiã acce- Sap.iij.
pit illos. Ecce quid eritis ad theſauros dei? Eſtote diuites
de deo non eum facturi diuitem: ſed de illo futuri diuites.
Impleat vos: aliud nõ admittatis ad cor veſtrũ. Nunquid
in ſuperbiã vos erigim⁹: aut dicim⁹ vobis vt aduerſus pote
ſtates ordinatas contẽptores ſitis? Non hoc dicimus. Qui
et hinc egrotatis: tangite et hinc fimbriã illã veſtimẽti. Ipſe
dicit apoſtolus. Oĩs anima poteſtatibus ſublimiorib⁹ ſub- Rom.xiij.
dita ſit: nõ eſt ei p̄tãs niſi a deo. Que aũt ſũt: a deo ordinate
ſunt. Qui em̃ reſiſtit poteſtati: dei ordinationi reſiſtit. Sed xj.q.iij.q̃
quid ſi illud iubeat quod non debeas facere? Hic ſane con- reſiſtit.
temne poteſtatẽ. Timendo poteſtatẽ ipſos humanarũ reruz
gradus aduertite. Si aliquid iuſſerit curator: nõne faciẽdũ
eſt? Tamẽ ſi contra ꝓconſul iubeat: non vtiq̃ contemnis po
teſtatẽ: ſed eligis maiori ſeruire. Nec hinc debet minor ira

ſci:ſi maior prelata eſt. Rurſum ſi aliquid ipſe proconſul iu=
beat:et aliud iubeat imperator:nunquid dubitat in illo con
temptu illi eſſe ſeruiendum? Ergo ſi aliud imperator et ali=
ud deus:quid iudicatis? Solue tributū:eſto mihi in obſeq=
um. Recte:ſed non in idolio. In idolio prohibet. Quis pro=
hibet? Maior poteſtas. Da veniā:tu carcerem:ille gehennā
G minatur. Hinc iam tibi aſſumenda eſt fides tua tanq̄ ſcutū ī
Ephe.vj. quo poſſis omnia ignita iacula inimici extinguere. Sed in=
ſidiat contra te potens:acuit nouaculā vnde capillos radat
nō vnde caput incidat. Quod dixi modo:audiſtis ī pſalmo.
Pſalm.lj. Sicut nouacula acuta feciſti dolū Quare dolū potentis ma
le nouacule comparauit? Quia non admittitur niſi ad ſu=
perflua noſtra. Sicut capilli in corpore noſtro tanq̄ ſuper=
flui videntur et ſine detrimento carnis raduntur:ſic quicq̄d
poteſt tibi facere iratus potens:inter ſuperflua tua numera.
Tollit paupertatē tuam:nūquid tollit diuitias tuas? Pau
pertas tua: diuitie tue in corde tuo. Sup̄flua tua potuit tol=
lere:damno potuit afficere:permiſſus et vſq̄ ad ledendum
corpus. Etiā iſta vita cogitantibus aliam vitam:iſta inquā
vita inter ſuperflua deputanda eſt. Nam et martyres cōtem
pſerunt illam. Non vitam perdiderunt:ſed vitam acquiſie=
runt. Certi eſtote fratres inimicos non amitti aduerſus infi=
deles:niſi quantum prodeſt temptandis et probandis fide=
libus. Certi eſtote fratres:nemo aliud dicat. Omneꝫ curam
veſtram ſuper dominū mittite:prorſus vos ip̄os totos p̄ijci
te in eum. Non ſe ſubducit vt cadatis:ille qui nos creauit: et
Math.x. de ip̄is capillis noſtris ſecuritatem nobis dedit. Amē dico
vobis inquit: et capilli capitis veſtri numerati ſunt. Capil=
li noſtri numerati ſunt deo:quāto magis mores noſtri:cui no
ti ſunt ſicut capilli noſtri? Videte:quia minima non contem
nit deus. Nam ſi contemneret:nec crearet. Nam et capillos
noſtros ipſe vtiq̄ creauit:et numeratos habet. Sed mō cum
Luce.xxj. ſunt inquis:forte peribunt:et hinc audi vocem eius. Amē di
co vobis:capillus capitis veſtri nō p̄ibit. Quid times homi
nem:homo in ſinu dei poſitus? Tu de illius ſinu noli cade=
re:quicquid ibi paſſus fueris:ad ſalutē valebit:non ad per=
niciem. Laniatus membrorum martyres pertulerunt: et ti=
ment xp̄iani iniurias temporū xp̄ianorum? Qui tibi facit in
iuriam modo:timens facit. Non dicit aperte veni ad idoliū
nō dicit aperte veni ad aras meas:ibi ꝯuiuare. Et ſi dixerit
et nolueris:hoc conqueratur:hoc in poſtulationē:hoc in q̄ri
moniā deponat. Noluit venire ad aras meas: noluit venire
ad templū q̄d veneror. Hoc dicat. Non audet dicere:ſed alia
machinatur doloſe. Para capillos:nouaculā acuit: ablatu=
rus eſt ſuperflua tua:raſurus quicq̄d relicturus es. Tollat.
quicq̄d permanebit ſi pōt. Quid tulit potens nocens? Quid
magnum tulit? Quod fur: quod effractor: vt multum ſeuiat
quod latro. Si et ad ip̄m corpus occidendum permiſſus fue
rit:quid tollit niſi quod latro? Honoraui cum dixi latro. Nā
qualiſcunq̄ latro:homo eſt. Quod febris:quod ſcorpius:q̄d
fungus malus. Iſta tota potentia ſeuientiū eſt:facere quod
fungus. Manducāt homines fungum malum:et moriūtur
Ecce in qua fragilitate eſt vita humana:quā quandoq̄ reli=
cturus es:noli pro illa ſic pugnare vt tu reliquaris. Via nr̄a
xp̄s eſt:xp̄m attende. Pati venit:ſed et glorificari. Contem
ni:ſed etiā exaltari. Mori:ſed etiam reſurgere. Opus te ter=
ret:mercedē vide. Quare vis peruenire delicatus ad eā rem
ad quā nō perducit niſi labor? Sed times ne perdas argen=
tū tuum:quia ad argentū tuū cum magno labore perueniſti.
☞ Si ad argētū tuū quod quādoq̄ vl' moriēs amiſſurus es nō
perueniſti ſine labore:ad vitam eternā ſine labore vis perue
nire? Charior ſit tibi illa ad quam poſt omnes labores ſic p̄=
uenies vt nunq̄ amittas. Si hoc tibi charuꝫ eſt ad quā poſt
omnes labores ſic perueniſti vt aliq̄n amiſſurus ſis: quanto
H magis illa perpetua deſiderare debemus? Verbis ip̄orum
ne credatis:nec timeatis:hoſtes nos dicunt idolorū ſuorꝫ.
Sic preſtet deus et det om̄ia ī poteſtate:quomō dedit quod
fractum eſt. Hoc enī dicimus charitati veſtre ne faciatꝭ iſta
quando in poteſtate veſtra non eſt vt faciatis illud. Prauo=
rum hominum eſt:furioſorum:circuncellionū:et vbi poteſta
tem non habent ſeuire:et velle mori. Properant ſine cauſa.
Audiſtis que vobis legimus:omnes qui nuper in mapalibꝰ
Deut.vij. affuiſtis. Cum data vobis fuerit terra in poteſtatem (Priꝰ
et.xij. ait in poteſtatem:et ſic dixit que facienda ſunt) Aras eorꝫ
inquit deſtruetis:lucos eorū cōminuetis:et om̄es titulos
eorum confringetis. Cum acceperitis poteſtatē hoc facite:
vbi nobis non eſt data poteſtas non facimus: vbi data ē non
pretermittimus. Multi pagani habent iſtas abominatiōes
in fundis ſuis:nunquid accedimꝰ ꝛ cōfringimus? Prius eī
agimus: vt idola in eorū corde frāgamus. Quando chriſtia=
ni et ipſi facti fuerint:aut inuitant nos ad tam bonum opus:
aut preueniūt nos:modo orandū eſt pro illis:nō iraſcenduꝫ
illis. Si mouet dolor magnꝰ:aduerſus xp̄ianos mouet : ad=
uerſus fratres noſtros mouet:qui ſic volunt intrare in eccle=
ſiam vt hic corpus habeāt:alibi cor. Totus intꝰ eſſe debꝫ
Si intus eſt quod videt homo:quare foris eſt quod videt de
us? Sciatis autē chariſſimi murmura eorꝫ coniungere ſe=
cum hereticis:cum iudeis. Heretici:iudei et pagani vnita=
tem fecerunt contra vnitatē:quia contigit vt quibuſdā locis
diſciplinam acciperēt iudei propter improbitates ſuas:cri=
minant et ſuſpicantur aut fingunt:quia talia de illis ſemper
queramus:quia contigit vt alicubi heretici penas darēt le= ij. Retra=
gibus pro impietate et furore violentiarū ſuarū:iam nos di= cta.v.
cunt per om̄ia querere aliquā incōmoditatē ip̄orum ad per
niciem. Rurſus quia cōtra paganos placuit vt leges ferren
tur:immo pro paganis ſi ſapiant. Sicut enim pueris īſenſa=
tis ad lutū ludentibus et manus coinquinantibus pedago=
gus cum venit ſeuerus:lutum de manu excutit:codicē por=
rigit:ita voluit deus per principes ſubditos ſibi terrere cor
da inſenſata puerilia: vt abijciant lutum de manibus ꝛ aliq̄d
vtile faciant. Quid eſt vtile de manibꝰ? Frange eſurienti pa Eſa.lviij.
nem tuum:et egenū ſine tecto induc in domū tuā. Et tn̄ pue=
ri euadunt ab oculis pedagogi et redeūt ad lutum furtim:et
q̄n inueniunt abſcondūt manus ne videantur. Quia ergo vo
luit deus:putant nos vbicunq̄ querere idola: que cū inuene
rimus in omnibus locis frangere. Quare? Non ante nos ſūt
loca in quibus ſunt? Aut vere ignoramus vbi ſint iſta? Et tn̄
non facimꝰ:quia non dedit in poteſtatem deus. Quādo deꝰ
in poteſtatē:q̄n xp̄ianus erit cuius res eſt:modo factū volu=
it cuius res eſt. Si nollet ip̄m locum dare eccl'ie:et tantū iu=
beret in re ſua:non rem idola puto:q2 deberet ſumma deuoti
one fieri a chriſtianis:adiuuaret abſēs. Xp̄iana anima que
de terra vult deo gratias agere:non vult ibi aliquid eſſe ī cō
tumeliā dei. Huc accedit:quia eccleſia dedit ipſa loca:et in
re eccleſie idola futura erant. Fratres:ecce quid diſplicet pa
ganis? Parum eſt illis quia de villis ipſorum non illa tolli=
mus:non illa frangimus et noſtris volunt ea ſeruari. Cōtra
idola predicamus:de cordibꝰ illa tollimus:ſumus perſecu=
tores idolorum. Profitemur. Nunquid ſeruatores? Nō fa=
cio vbi non poſſum:non facio vbi conqueretur dn̄s rei. Vbi
aūt vult fieri et gratias agit:reus ero ſi non fecero.

## ❡ De tribus quorum vnus dixit. Domine ſequar te quocunq̄ ieris et reprobatus eſt. Alius non audebat et excitatus eſt. Tertius differebat et culpatus eſt. Sermo.vij.

DE hoc capitulo euangelij q̄d dn̄s donauit audi= A
te. Lectū eſt enī dn̄m ieſum differenter egiſſe:cuꝫ
obtulit ſe vnus vt eum ſequeretur ꝛ reprobatus ē
alius non audebat ꝛ excitatus eſt:tertius differe
bat ꝛ culpatꝰ eſt. Qui enī dixit [Dn̄e ſequar te quocunq̄ ierꝭ] Mat.viij.
Quid tam promptū:quid tam impigrū:quid tam paratum Luce.ix.
et quid ad tātum bonum aptiſſimū:ſequi dominū quocunq̄
ieris? Miraris hodie quid eſt hoc: q̄ magiſtro bono dn̄o ie=
ſu xp̄o inuitante diſcipulos quibus daret regnum celorū:di
ſplicuit tam paratum. Sed quia talis magiſter erat q̄ futura
preuiderit:intelligimus fratres iſtum hominē ſi ſequeretur
xp̄m:ſua queſituꝝ fuiſſe nō q̄ ieſu xp̄i. Ipſe enī dixit. Nō oīs Phil.ij.
qui dicit mihi dn̄e dn̄e:intrabit in regnū celorum. Et iſte de Mat.vij.
ip̄is fuit:nec ſic ipſe nouerat quomodo inſpiciebat. Nam ſi
iam ſe factū eſſe ſperabat:ſi iam doloſum et inſidioſum ſe no
uerat:cui loqueretur non nouerat. Ipſe eſt enī de quo euāge
liſta ait. Non opus habebat vt quiſq̄ ei teſtimonium perhi= Joh.ij.
beret de homine. Ipſe enī ſciebat q̄d eſſet in hoīe. Quid ergo
reſpōdit? [Vulpes foueas habēt et volatilia celi nidos filiꝰ Mat.viij.
aūt hoīs nō hꝫ vbi caput reclinet.] Sꝫ vbi nō hꝫ? In fide tua
Vulpes enī foueas habēt in corde tuo:quia doloſus es. Vo=
latilia celi habent nidos in corde tuo:elatus es. Doloſus et

elatus: nõ me ſequeris. Quõ doloſus ſequit̃ ſimplicitatem?
Et alterũ cõtinuo tacentẽ et nihil dicentẽ: nihil promitten-
tem. [Sequere me.] Quantũ mali in illo: tantum boni vide-
bat in iſto: Sequere me dicis nolenti. Ecce habes hominez
paratum. Sequor te quocunq̃ ieris: et tu dicis nolenti. Se-
quere me? Iſtum ĩquit declino: qui video ibi foueas: video
nidos. Quid ergo moleſtus es huic: quem prouocas et excu
ſat? Ecce iam compellis et non venit: hortaris et non ſequit̃
Quid eñ dicit. [Ibo prius ſepelire patrem meũ] Fides cor
dis eius dñoſe oſtendebat: ſed pietas differebat. Dñs autez
xp̃s quãdo parat homĩes euangelio: nullã excuſationẽ vult
interponi carnalis huius tẽporaliſq̃ pietatis. Eſt quidem:
et lex dei habet: et ip̃e dñs arguit iudeos: quia diſtribuebãt
Ephe. vj. ip̃m mandatũ dei. Et paulus apoſtolus in ep̃la ſua poſuit ⁊
dixit. Hoc eſt mandatũ primũ in repromiſſione. Honora pa-
trem tuũ et matrem tuam: deus vtiq̃ dixit. Volebat eñ iſte
iuuenis obtemperare deo et ſepelire patrem ſuũ: ſed eſt loc⁹
et eſt tempus et eſt res: qui huic rei: huic tempori: huic loco
ſeruiat. Honorandus eſt pater: ſed obediendũ deo eſt. Amã
dus eſt generator: ſed preponendus eſt creator. Ego inquit
ad euangelium te voco: ad aliud opus mihi neceſſarius es.
Maius eſt hoc: q̃ quod vis facere. [Sine mortuos ſepelire
mortuos ſuos.] Pater tuus mortuus eſt: ſunt alij mortui
qui ſepeliant mortuos. Mortui ſepelientes mortuos qui ſũt
Poteſt ne mortuus a mortuis ſepeliri? Quomodo ĩuolũt:
B ſi mortui ſunt? Quomõ plangunt: ſi mortui ſũt? Et inuoluũt
Canti. ij. et plangunt: et mortui ſunt: quia infideles ſunt. Docuit nos
quod ſcriptum eſt in cantico canticorũ dicente eccleſia. Or-
dinate in me charitatem. Quid eſt ordinate ĩ me charitatẽ?
Facite gradus: et cuicunq̃ debetur reſtituite. Nolite anteri
ora poſterioribus ſubdere. Amate parentes: ſed preponi-
ij. Macha te deum parentibus. Attendite matrem machabeorũ. Filij
be. vij. inquit: neſcio quomõ apparuiſtis in ventre. Concipere vos
potui: parere potui: formare vos non potui. Illum ergo au-
dite: illum mihi preponite. Nolite attẽdere: ne ſine vobis re
maneã. Precepit: et ſecuti ſunt. Quod docuit mater filios:
hoc docebat dñs ieſus xp̃s iſtũ cui dicebat: ſequere me. Or
nunc alius diſcipulus miſit ſe in medio cui nemo aliquid di
Luce. ix. xit. [Proſequar te dñe] ait [ſed vado primum renunciare
his qui in domo ſunt.] Credo hic ſenſus eſt. Nunciem meis
ne forte quomodo fieri ſolet querant me. [Et dñs. Nemo po
nens manum ſuper aratrum et reſpiciens retro: aptus eſt re-
gno celorum.] Vocat te oriens: ⁊ tu attendis occidentẽ. In
hoc capitulo hoc diſcimus: q̃m quos voluit dñs: hos elegit.
Eligit aũt ſicut dicit apoſtolus: et ſm ſuam gratiam: et ſm
Rom. xj. illorum iuſticiã. Talia eñ ſunt verba ap̃li. Attendite inquit
quid dicit helias. Dñe: prophetas tuos occiderunt: altaria
tua euerterũt: et ego relictus ſum ſolus: et querunt animam
meam. Sed quid dicit illi reſponſum diuinum? Reliqui mi
hi ſeptem milia virorum qui nõ curuauerũt genu ante baal.
Solum te putas eſſe ſeruum bene laborantem: ſunt ⁊ alij me
timentes: et non pauci. Nam ſeptẽ milia habeo. Et adiun-
xit. Sic ergo et in hoc tempore. Crediderunt ergo aliqui iu-
dei: et multi fuerant reprobati: ſicut et ille qui vulpium foue
as geſtabat in animo. Sic ergo inquit et in hoc tempore: reli
quie per electionem gratie iſrael ſalue facte ſunt: id eſt idem
xp̃s eſt nunc qui tunc: et modo qui et illic tũc helie dixit. Re
liqui mihi. Quid eſt reliqui mihi? Ego illos elegi: q̃ vidi mẽ
tes eorum de me preſumentes non de ſe: nec de baal. Nõ ſũt
mutati: ſic ſunt vt a me facti ſunt: ⁊ tu qui loqueris niſi de me
preſumeres vbi eſſes? Niſi gratia mea plenus eſſes: nõne añ
baal etiam ipſe genu flecteres? Gratia autẽ mea plenus es:
quia nihil de tua virtute: ſed totuz de mea gratia preſumpſi
ſti. Noli ergo in hoc gloriari vt putes te in ſeruitio tuo nõ ha
bere conſeruos: ſunt quos elegi ſicut et te: de me ſcilicet pre-
ſumẽtes. Sicut ait ap̃ls. Et nunc reliquie per electionẽ gra-
tie ſalue facte ſunt. Caue o xp̃iane: caue ſuperbiã. Licet eñ
imitator ſanctorum ſis: totũ gratie ſemper reputa: quia vt eſ
ſet aliquid reliquũ: gratia in te dei non tuum meritum fecit.
Eſa. j. De ip̃is deniq̃ reliquijs: dixerat propheta Eſaias comme-
morans. Niſi dñs ſabaoth reliquiſſet nobis ſemen: ſicut ſo-
doma facti eſſemus: et ſicut gomorra ſimiles fuiſſem⁹. Sic
ergo inquit ⁊ in hoc tempore reliquie per electionem gratie
Rom. xj. ſalue facte ſunt. Si autẽ gratia inquit: iam non ex operibus:
id eſt iam non de tuo merito extollaris. Alioquin gratia iaz
non eſt gratia. Si enim de tua opera preſumis: ergo merces
tibi redditur: non gratia condonatur. Si autẽ gratia eſt: gra
tis datur. Interrogo nunc. Credis o peccator xp̃o? Dicis.
Credo. Quid credis? Gratis vniuerſa peccata per ip̃m tibi
poſſe remitti. Habes quod credidiſti. O gratia gratis data
Quid tu iuſte credis? Te ſine deo non poſſe ſeruare iuſticiã
ipſius. Ergo totum reputa q̃ iuſtus es pietati. Or aũt pec-
cator es: tue ĩiquitati aſcribe. Eſto accuſator tuus: ⁊ ille erit
indultor tuus. Omne enim crimen: facin⁹ vel peccatũ nr̃e ẽ
negligentie: et omis virtus et ſanctitas dei eſt indulgentia.
Conuerſi ad dñm.

¶ De eo qd̃ ſcriptũ ẽ in euangelio ſm Mattheũ
Confiteor tibi pater dñe celi ⁊ t̃re: Et ceteraque
ſequũtur. Sermo viij.

SAnctũ euangeliũ cum legeret̃: audiuimus exultaſ A
ſe dñm ieſum in ſpũ et dixiſſe. [Confiteor tibi pat̃ Mat. xj.
dñe celi et terre: quia abſcondiſti hec a ſapientib⁹
et prudentibus et reuelaſti ea paruulis.] Huc uſq̃
interim verba domini: ſi digne: ſi diligenter: ſi quod primũ
eſt pie conſideremus: inuenimus primitus non ſemper cũ ĩ
ſcripturis legimus confeſſionem: debere nos intelligere vo
cem peccatoris. Maxime autẽ hoc dicẽdum fuit: et hinc ad
monenda charitas veſtra: quia mox vt hoc verbum ſonuit le
ctoris: ſecutus eſt etiã ſonus tunſionis pectoris veſtri: audi
to ſcilicet qd̃ dominus ait. Confiteor tibi pater. In hoc ipſo
q̃ ſonuit. Confiteor: pectora tutudiſtis. Tundere autẽ pect⁹
quid eſt: niſi arguere quod latet in pectore: et euidenti pulſu
occultũ caſtigare peccatũ? Quare hoc feciſtis: niſi quia audi
ſtis. Confiteor tibi pater? Confiteor audiſtis: qui confitetur
non attendiſtis. Nunc ergo aduertite. Si cõfiteor xp̃s dixit
a quo eſt lõge omne peccatũ: nõ ſolius eſt peccatoris: ſed eti
am laudatoris. Confitemur ergo: ſiue laudantes deum: ſiue
accuſantes noſ ip̃os. Pia eſt vtraq̃ confeſſio: ſiue cum te re
prehendis q̃ non es ſine pctõ: ſiue cum illum laudas q̃ non
poteſt habere peccatũ. Si aũt bene cogitemus: reprehenſio
tua laus ipſius eſt. Quare eñ iam confiteris in accuſatione
ipſius tui? Quare confiteris: niſi quia ex mortuis viuus fa-
ctus es. Scriptura quippe ait. A mortuo quaſi q̃ nõ ſit perit Ecci. xvij
cõfeſſio. Si perit a mortuo cõfeſſio: qui confitet̃ viuit. Et ſi
peccatũ confitet̃: vtiq̃ a morte reuixit. Si peccati confeſſor
reuixit a morte: quis eũ ſuſcitauit? Nullus mortuus eſt ſui-
ipſius ſuſcitator. Ille ſe potuit ſuſcitare: q̃ mortua carne non
mortuus eſt. Etenim hoc ſuſcitauit qd̃ mortuũ fuerat. Ille
ſuſcitauit qui viuebat in ſe: in carne autẽ ſuſcitanda mortu-
us erat. Non eñ pater ſolus filiuz ſuſcitauit: de quo dictum
eſt ab apoſtolo. Propter quod eum deus exaltauit: ſed etiã Phil. ij.
dñs ſeipſum: id eſt corpus ſuum. Unde dicit. Soluite tem- Joh. ij.
plum hoc et in triduo ſuſcitabo illud. Mortuus autẽ eſt pec
cator: maxime ille quem moles conſuetudinis premit: quaſi
ſepultus eſt lazarus. Parum eñ erat quia mortuus: etiã ſe-
pultus. Quiſquis igitur male conſuetudinis: male vite: ter-
renarum ſcilicet cupiditatum mole premitur: ita in illo iam
factum ſit: quod in quodã pſalmo mirabiliter dicitur. Dixit Pš. xiij.
ſtultus in corde ſuo: non eſt deus. Fit talis de quali dictũ eſt et. lij.
A mortuo velut qui non ſit perit confeſſio. Quis eum reſuſci iij. ſen. di.
tauit: niſi qui remoto lapide clamauit dicẽs. Lazare prodi xvij. ca. j.
foras? Quid eſt autem foras prodire: niſi quod occultũ erat
foras prodire? Qui confitetur: foras prodit. Foras prodire
nõ poſſet niſi viueret. Viuere non poſſet niſi reſuſcitatus eſ-
ſet. Ergo in confeſſione ſui accuſatio: dei laudatio eſt. Dicit
ergo aliquis. Quid prodeſt eccleſia ſi iam confeſſor voce do
minica reſuſcitatus prodit? Quid prodeſt eccl̃ia confitenti:
cui dñs ait: Que ſolueritis in terra: ſoluta erũt ⁊ ĩ celo? Ip̃m Mat. xvj.
Lazarum attende. Cum vinculis prodit. Iam viuebat con Joh. x. j
fitendo: ſed nondum liber ambulabat vĩculis irretit⁹. Quid
ergo facit eccleſia cui dictum eſt. Que ſolueritis ſoluta erũt
niſi quod ait domin⁹ cõtinuo ad diſcipulos. Soluite illum ⁊
ſinite abire? Siue ergo nos accuſemus: ſiue deum laudem⁹
bis deuz laudamus ſi pie nos accuſamus deumq̃ laudam⁹.
Quãdo deum laudamus: tanq̃ eum qui ſine peccato eſt: pre
dicam⁹. Qñ aũt nos ipſos accuſam⁹: ei per quẽ reſurrexim⁹
gl̃iaz dam⁹. Hoc ſi feceris: nullã occaſionẽ ĩueniet inimic⁹ q̃ te

circũueniat ante iudicem. Cũ enim tu ipſe fueris accuſator
B et dominus liberator: quid erit ille niſi calumniator? Meri
to ille hinc ſibi tutelam prouidit aduerſus inimicos non cõ-
ſpicuos: carnem et ſanguinem miſerandam potius  cauen
dam: ſed aduerſus illos inimicos cõtra quos apoſtolus nos
Ephe.vj. hortatur vt armemur. Non eſt nobis colluctatio aduerſus
carnem & ſanguinem: id eſt aduerſus homines quos videtis
ſeuire in vos. Vaſa ſunt: alius vtitur. Organa ſunt: alius tan
Joh.xiij. git. Immiſit ſe inquit diabolus in cor iude: vt traderet dñz
Ephe.iiij Ait aliquis. Quid ergo ego feci? Audi apoſtolũ. Neq detis
locum diabolo. Tu mala voluntate locum dediſti: intrauit:
poſſedit: vtitur. Si locum non dares: non poſſideret. Ergo
Ephe.vj. nos admonens ait. Non eſt nobis colluctatio aduerſus car-
nem & ſanguinẽ: ſed aduerſus principes et poteſtates. Poſ-
ſit quiſq putare aduerſus reges terre: aduerſus potentes ſe
culi. Quare? Ipſi non caro et ſanguis? Semel dictũ eſt: non
aduerſus carnem et ſanguinẽ. Auertere ab omi homie. Qui
ergo reſtant inimici? Aduerſus principes et poteſtates ſpi-
ritalis nequicie: rectores mundi. Quaſi plus dedit diabo-
lo & angelis eius. Plus dedit: rectores mundi appellauit.
Sed ne male intelligas: exponit quid ſit mũdus: cuius ſint
illi rectores. Rectores mundi tenebrarum harum. Quid eſt
mundi tenebrarum harũ quibus eſt rector? Dilectoribus ſu
is & infidelibus plenus eſt mundus. Has appellat apl's tene
bras. Harũ rectorẽ diabolus et angeli eius. He tenebre non
naturales ſunt: non incõmutabiles ſunt: mutantur et lumẽ ef
ficiunt: credunt et credẽdo illuminant. Quod cum in eis fa-
Ephe.v. ctum fuerit: audient. Fuiſtis eñ aliquãdo tenebre: nunc aũt
lux in dño. Nam quãdo tenebre: nõ in dño. Iterum quando
j.Cor.iiij. lux: non in te ſed in dño. Quid eñ habes quod nõ accepiſti?
Quia ergo ſunt inuiſibiles inimici: inuiſibiliter ſunt expu-
gnandi. Quippe hoſtẽ viſibilem vincis ferindo: inuiſibilez
vincis credendo. Viſibilis eſt hoſtis homo: viſibile eſt & fe-
rire. Inuiſibilis eſt hoſtis diabolus: inuiſibile eſt & credere
Eſt ergo pugna inuiſibilis aduerſus inuiſibiles inimicos.
Ab his inimicis quomodo ſe tutum dicit quidam? Hoc eñ
ceperam dicere: et neceſſe habui de his inimicis aliquando
cum mora tractare. Iam ergo cognitis inimicis: videam⁹
Pſ.xvij. tutelã. Laudãs inuocabo dñm: & ab inimicis meis ſalu⁹ ero
Habes quid agas. Laudãs inuoca: ſed dñm laudans inuo
ca. Si eñ te laudaueris: ab inimicis tuis ſalu⁹ nõ eris. Lau
dans inuoca dñm: & ab inimicis tuis ſaluus eris. Quia q ait
Pſ.xlix. ipſe domin⁹. Sacrificium laudis glorificabit me: et ibi via ẽ
vbi oſtendam illi ſalutare meum. Ubi via? In ſacrificio lau
dis. Noli pedem extra hanc viam mittere. In via eſto: noli
a via recedere. A laude domi nec vnguem: nedũ pedẽ. Si eñ
volueris ab hac via deuiare: et pro domio te laudare: nõ eris
Pſ.cxxxix ſaluus ab illis inimicis: quia de illis dictũ eſt. Iuxta ſemi-
tam ſcandala poſuerunt mihi. Quicqd ergo putaueris bo-
ni te habere abs te: deuiaſti a laude dei. Quid iã miraris ſi
te ſeducit inimicus: quãdo tui ipſius ſeductor es? Audi apo-
Gal.vj. ſtolum. Qui eñ putat ſe aliquid eſſe cũ nihil ſit: ſeipm ſedu-
C cit. Dñm ġ attẽde ꝯfitentẽ. Confiteor tibi dñe paṫ celi et ter-
re. Confiteor tibi: laudo te. Laudo te: nõ accuſo me. Quãtũ
aũt pertinet ad ipſius hominis ſuſceptionẽ: tota gratia: ſin-
gularis gratia: perfecta gratia. Quid meruit homo ille qui
xp̄s eſt: ſi tollas gratiã? Et tantã gratiã: quia vnum oporte
bat eſſe xp̄m: et ipſum eſſe quẽ nouimus. Tolle gratiã iſtam
quid chriſtus niſi homo? Quid niſi qḋ tu? Suſcepit animã:
ſuſcepit corpus: ſuſcepit plenũ hominẽ. Coaptat ſibi: vnam
facit dñs cũ ſeruo perſonam.. Quãta iſta gratia: xp̄s in celo:
xp̄s in terra. Simul xp̄s & in celo et in terra: nec duo xp̄i: ſed
idẽ chriſtus in celo et in terra. Xp̄s apud patrẽ: xp̄s in vtero
virginis: xp̄s in cruce: xp̄s apud inferos ſubueniens quibuſ
dam. Eo aũt ipſo die xp̄s in paradiſo cũ latrone confitente.
Et tibi latro quid meruit: niſi q illã viã tenuit: vbi oſtendit
ſalutare ſuum? A qua tibi pes nõ exeat. In eo eñ q ſe accuſa
uit: deuz laudauit: & vitam ſuã beatã preſumpſit quidẽ a do-
Lu.xxiij. mio: et ait illi: Dñe memento mei dũ veneris in regnũ tuum
Cõſiderabat eñ facinora ſua: & pro magno habebat ſi ei vel
in fine parceret. Dñs aũt ꝯtinuo cũ ille diceret. memẽto mei
ſed quãdo: cũ veneris in regnũ tuũ. Amen: inquit dico tibi:
hodie mecũ eris in paradiſo. Mia obtulit: qḋ miſeria diſtu-
Mat.xj. lit. Audi ergo dñm ꝯfitentẽ. Confiteor tibi dñe pater celi et

terre. Quid cõfiteor? In quo te laudo? Hec eñ confeſſio (vt
dixi) laudẽ habet. Qui abſcondiſti hoc a prudentibus & ſapi
entibus: et reuelaſti ea paruulis. Quid eſt hoc fratres? A cõ
trario ſenſu intellige. Abſcondiſti hec inquit a ſapientibus &
prudentibus: et non dixit reuelaſti ea ſtultis & imprudenti-
bus: ſed ait. Abſcondiſti quidem a ſapientibus et prudenti-
bus: et reuelaſti ea paruulis. Sapientibus et prudẽtib⁹ irri
dendis: arrogantibus falſo grandibus vere aũt tumẽtibus:
oppoſuit nõ ſapientes nõ prudentes: ſed paruulos Qui ſunt
paruuli? Humiles. Ergo abſcondiſti hec a ſapientib⁹ & pru
dentibus. Nomine ſapientiũ et prudentiũ: ſuperbus intelli-
gi poteſt. Ipſe expoſuit cum ait. Reuelaſti ea paruulis. Er-
go abſcondiſti nõ paruulis. Quid eſt non paruulis? Non hu
milib⁹. Quid eſt non humilibus niſi ſupbis? Ovia domini:
aut non erat: aut latebat vt reueletur nobis. Unde dñs exul
tauit: niſi quia reuelatũ eſt paruulis? Debemus eſſe paruu-
li. Nam ſi voluerimus eſſe magni: quaſi ſapientes et prudẽ-
tes: nõ nobis illud reuelat. Qui ſunt magni? Sapiẽtes & pru
dentes. Dicentes ſe eſſe ſapiẽtes: ſtulti facti ſunt. Habes re- Rom.j.
mediũ a contrario. Si dicendo te eſſe ſapientẽ ſtultus fact⁹
es: dic te ſtultũ et ſapiens eris. Sic dic. Dic et intus dic: quia
ſic eſt vt dicis. Si dicis corã hominibus noli dicere: et corã
deo nõ dicere. Prorſus quod ad teipm pertinet: qḋ ad tua:
tenebroſus es. Quid eſt eñ aliud eſſe ſtultũ: niſi eſſe tenebro
ſum in corde? Deniq de illis ſic ait. Dicẽtes ſe eſſe ſapiẽtes:
ſtulti facti ſunt. Anteq hoc diceret: quid ſurſum? Et obſcu-
ratũ eſt inſipiẽs cor. Dic q tu tibi lumẽ non es. Ut multum
oculus es: lumẽ nõ es. Quid prodeſt patens et ſanus oculus
ſi lumẽ deſit? Ergo dic a te tibi lumẽ nõ eſſe: et clama quod
ſcriptũ eſt. Tu illuminabis lucernã meã dñe. Lumine tuo Pſ.xvij.
dñe illuminabis tenebras meas. Mee eñ nihil niſi tenebre
tu autẽ lumen fugans tenebras illuminans me: non mihi lu-
men exiſtens: ſed lumen non participans niſi in te. Sic Io-
hãnes et amicus ſponſi: chriſtus putabatur: lumen putaba-
tur. Non erat ille lumen: ſed vt teſtimoniũ perhiberet de lu- Joh.j.
mine. Quod aũt erat lumen: erat lumen verum. Quid eſt ve-
rum? Quod illuminat omnẽ hominẽ. Si verum lumen qḋ il
luminat omnem hominẽ: ergo et iohannẽ recte dicentem: re
cte confitentem. Nos autẽ de plenitudine eius accepimus. Ubi ſ.
Vide ſi aliud dixit  tu illuminabis lucernam meam domi
ne. Deniq iã illuminat⁹: teſtimoniũ phibebat. Propter ce-
cos: lucerna diei teſtimoniuz phibebat. Vide q lucerna eſt
Vos inquit miſiſtis ad Iohannẽ: et voluiſtis exultare ad ho Joh.v.
ram in lumine eius. Ille erat lucerna ardẽs & lucens. Ille lu
cerna: hoc eſt res illuminata: accenſa vt luceret. Que accen-
di põt: põt extingui. Sed vt nõ extinguatur: ventum ſupbie
nõ patiat. Ergo cõfiteor tibi dñe pater celi & terre: qui abſcõ
diſti hec a ſapientibus et prudentibus: lumẽ ſe putantibus:
et tenebre erant. Et eo q tenebre erant et lumen ſe putabant:
nec illuminari potuerant. Illi aũt q tenebre erãt: & tenebras
ſe eſſe cõfitebant: paruuli erant nõ magni: humiles erant: nõ
ſuperbi. Recte ergo dicebãt. Tu illumiabis lucernã meam Pſ.xvij.
dñe. Se agnoſcebant: dñm laudabant: a via ſalutari nõ rece-
debãt. Laudantes dñm inuocabant: et ab inimicis ſuis ſal-
ui erant.

De eo quod ſcriptũ eſt in euãgelio ſecundum eundem. Venite ad me omnes qui laboratis et onerati eſtis: et ego reficiam vos et cetera.

Sermo.ix.

MIrũ quibuſdã videtur fratres chariſſimi cũ audi A
unt dñm dicentẽ. [Venite ad me omẽs q laboratis Mat.xj.
et onerati eſtis et ego reficiã vos. Tollite iugum
meũ ſup vos: et diſcite quia mitis ſum et humilis
corde: et inuenietis requiẽ animabus veſtris. Iugũ eñ me
um ſuaue eſt et onus meũ leue.] Et cõſiderant eos q iugum
ipm intrepida ceruice ſubierunt: et illã ſarcinã manſuetiſſi-
mis humeris acceperunt: tantis agitari et exerceri difficul
tatibus huius ſeculi: vt nõ a laboribus ad quietẽ: ſed a quie
te ad laborem vocati videantur: cũ et apoſtolus dicat. Oẽs ij.Tim.iij
qui volunt in xp̄o pie viuere perſecutionẽ patient. Ait ergo
aliquis. Quõ iugũ leue eſt: & ſarcina leuis: qñ quidẽ illud iu
gũ et ſarcinã ferre nihil eſt aliud  pie viuere i xp̄o? Et quõ
dr. Venite ad me q laboratis & onerati eſtis & ego rficiã vos: ac

non potius dicitur. Venite qui vacatis vt laboretis? Nam
Mat.xx. et vacantes inuenit quos conduxit ī vineam: vt ferrent eſtū
diei. Et ſub illo iugo leui et ſarcina leui: audiamus apoſto-
ij.Cor.vj. lum dicere. In omnibus commendantes noſmetipſos tan-
q̄ dei miniſtros: in multa patientia: in tribulationibꝰ: in ne-
ceſſitatibus: in anguſtijs: in plagis et cetera. Et alio loco in
ij.Cor.xj. eadem epiſtola. A iudeis quinquies quadragenas vna mi-
nus accepi. Ter virgis ceſus ſum: ſemel lapidatus ſum:
ter naufragium feci: nocte et die in profundo maris fui.
Et cetera que numerari pericula quidē poſſunt: ſed tolera-
ri niſi ſpūſctō iuuante nō pñt. Oīa ergo illa q̄ cōmemorauit
aſpera et grauia: frequentius et abundantius ſuſtinebat: ſed
ij.Cor.iiij profecto aderat ei ſpūſſctūs q̄ in exterioris hoīs corruptio-
ne interiorē renouaret de die in diē: ⁊ guſtata requie ſpirita-
li in affluētia deliciarū dei: in ſpe btitudinis future oīa pſen-
tia deliniret aſpa ⁊ oīa grauia releuaret. Ecce q̄ ſuaue iugū
xp̄i portabat et q̄ leuē ſarcinā: et oīa illa q̄ ſuperius enume-
rata dura et immania oīs auditor horreſcit: leuē tribulatio-
nē diceret: intuens interioribus ⁊ fidelibꝰ oculis: quāto pre-
cio tpaliū emēda ſit futura vita: nō pati eternos labores im-
piorū: et ſine vlla ſollicitudine pfrui eterna felicitate iuſtorū
B Secari et vri ſe homies patiunt: vt dolores nō eterni ſed ali-
quāto diuturnioris vlcerꝭ acriorū dolorū precio redimātur.
in lāguida ⁊ incerta vocatiōis breuiſſime atq̄ vltima vita
Immaniſſimis bellis miles atterit: pluribus fortaſſe ānis ī
laboribꝰ inquietꝰ q̄ in ocio quieturus: Quibꝰ tēpeſtatibꝰ et
pcellis: q̄ horribili ⁊ tremēde ſeuicie celi et maris īportuni
ſūt mercatores vt diuitias vētoſas acquirāt: maioribꝰ q̄ q̄-
bus acq̄ſituri ſūt periculꝭ ⁊ tempeſtatibꝰ plenas. Quos eſtus
q̄ frigora: q̄ pericula ab equis: a foſſis: a precipitijs: a flumi-
nibus: a feris perferūt venatores: quē laborē eſuriendi ⁊ ſiti-
endi: quātas viliſſimi ⁊ ſordidiſſimi cibi et potꝰ anguſtias vt
beſtiā capiāt: ⁊ interdū nec ipſius beſtie carnes ꝓpter quam
hec tanta ſuſtinent epulis neceſſarias. Et q̄ ⁊ ſi ap ceruuſ-
q̄ capiat: magis ſuaue ſit venātis aīo q̄ captꝰ ē: q̄ comedē-
tis palato q̄ coctꝰ eſt. Quātis cruciatibꝰ ppe quotidianaꝝ
plagaꝝ tenera pueroꝝ etas ſubdit? Quātꝭ et ſcholꝭ vigiliaꝝ
⁊ abſtinētie moleſtijs exercētur: nō ꝓpter diſcēdā ſapiētiā:
ſed ꝓpter opes honoreſq̄ vanitatis: vt numeros ⁊ lr̄as et di-
ſertas fallacias eloq̄ diſcant? Sꝫ ī his oībꝰ qui hec nō amāt
eadē grauia patiunt. Qui vero amāt eadē quidē: ſꝫ non gra-
uia pati vident. Oīa eñ ſeua ⁊ īmania: prorſus facilia ⁊ ꝓpe
nulla efficit amor. Quāto ergo certiꝰ ac faciliꝰ ad verā btitu-
dinē charitas facit: q̄ð ad miſeriā quātum potuit cupiditas
fecit. Quā facile tolerat q̄libet aduerſitas tpalis: vt eīna pe-
na vitet: eterna req̄es cōparet. Nō īmerito ille vas electiōis
Rom.viij cū ingēti leticia dixit. Nō ſūt ꝯdigne paſſiōes huiꝰ tpis: ad
futurā gl̄iam q̄ reuelabit ī nobis. Ecce vñ illud iugū ſuaue ē
et ſarcina leuis. Et ſi anguſta eſt paucis eligētibus: facilis
Ps.xvj. tñ oībꝰ diligētibus. Dicit pſalmiſta. Propter verba labioꝝ
tuorū: ego cuſtodiui vias duras. Sꝫ q̄ dura ſūt laborātibꝰ:
eiſdē ipſis miteſcūt amātibꝰ. Propter q̄ð ita diuine pietatꝭ
ij.Cor.iiij diſpēſatiōe actū eſt: vt interior hō q̄ renouat de die ī diē: nō
adhuc ſub lege poſitus: ſꝫ iā ſub gr̄a exoneratꝰ ſarcinis innu-
merabiliū obſeruationū: q̄ð erat reuera graue iugū ſed dure
ceruici ꝯuenīēter impoſitū: facilitate ſimplicis fidei ⁊ bone
ſpei ⁊ ſctē charitatis quicq̄d moleſtiaꝝ exteriori hoī forinſe-
cus intuliſſet ille princeps q̄ miſſus eſt foras: interiore gau-
dio leue fieret. Nihil eñ tā facile bone volūtati eſt: q̄ ipſa ſi-
bi: et hec ſufficit deo. Quālibet ergo ſeuiat iſte mūdus: veriſ-
Luce.ij. ſime angeli nato in carne dño clamauerunt. Gl̄ia in excelſis
deo: ⁊ in terra pax hoībꝰ bone volūtatis: q̄ qui natꝰ erat ſua-
j.Cor.x. ue iugū eſt ⁊ ſarcina leuis. Et ſicut dicit apl̄s. Fidelis deus
qui nos nō ſinit tētari ſupra q̄ð poſſumꝰ ferre: ſꝫ facit cū ten-
tatiōe etiā exitū vt poſſimꝰ ſuſtinere.

## ¶ De eo de quo ſupra. Venite ad me omnes Sermo.x. In quo ſiue bonū operemur ſiue malū fugiamus: ab humilitate tanq̄ a fundamento in choandū eſſe declarat et cetera.

A Vdiuimus in euāgelio dñm exhilaratū ſpū dixiſ-
ſe deo patri. Cōfiteor tibi paŕ dñe celi ⁊ terre: qui
Mat.xj. abſcōdiſti hec a ſapientibꝰ et prudētibus: et reue-
laſti ea paruulis. Ita pater: q̄ ſic placitū eſt añ te.
Omnia mihi tradita ſunt a patre meo. Et nemo agnoſcit fili-
um niſi pater: neq̄ patrem quis agnoſcit niſi filius: et cui vo-
luerit filius reuelare. In clamando laboramus: in audien-
do laboratis. Audiamus ergo eum qui ſequitur et dicit.
Venite ad me omēs qui laboratis. Quare eñ omēs labo-
ramus: niſi quia ſumus mortales: fragiles: infirmi: lutea va-
ſa portantes: q̄ faciunt inuicem anguſtias? Sed ſi anguſtan-
tur vaſa carnis: dilatentur ſpacia charitatis. Quid ergo di-
cit. Venite omnes qui laboratis: niſi vt laboretis? Deniq̄ ꝓ-
miſſio eius in prōptu eſt: q̄m laborantes vocauit. Querēt for-
te qua mercede vocati ſūt. Et ego vos inquit reficiā. Tol-
lite iugū meū ſuper vos: et diſcite a me nō mundū fabricare
non cuncta viſibilia et inuiſibilia creare: nō ī ipſo mundo mi-
rabilia facere: et mortuos ſuſcitare: ſed q̄m mitis ſum et hu-
milis corde. Magnus eſſe vis: a minimo incipe. Cogitas
magnā fabricā cōſtruere celſitudinis: de fundamēto prius
cogita humilitatis. Et quantū quiſq̄ vult et diſponit ſuper-
imponere molem edificij: quāto erit maius edificium: tāto
altius fodit fundamentum. Et fabrica quidē cum cōſtruit:
in ſuperna conſurgit. Qui autem fodit fundamentum: ad i-
ma deprimit. Ergo et fabrica ante celſitudinē humiliat: et
faſtigium poſt humiliationē erigit. Quod ē faſtigiū ꝯſtruē-
de fabrice quā molimur? Quo peruenturū eſt velamen edifi-
cij? Cito dico. Vſq̄ ad conſpectū dei. Videtis q̄ excelſum ē
quanta res eſt ꝯſpicere deū. Qui deſiderat et quod dico: et
quod audit intelligit. Promittit nobis cōſpectus dei: veri
dei: ſummi dei. Hoc eñ bonū ē: videntē videre. Nam qui co-
lunt falſos deos: facile illos vident: ſed eos vidēt q̄ oclōs ha-
bent et nō vident. Nobis aūt ꝓmittitur viſio dei viuētis et
videntis: vt illum deum videre cōcupiſcamus: de quo dicit B
ſcriptura. Qui plantauit aurē: nōne audiet? Qui finxit ocu- Ps.xciij.
lum: nōne conſiderat? Non ergo audit qui fecit tibi vñ audi-
as? Et nō videt qui creauit vñ videas? Bñ aūt prologuit in
ipſo pſalmo ⁊ dicit. Intelligite ergo q̄ inſipientes eſtis in po-
pulo: et ſtulti aliq̄ñ ſapite. Multi eñ preterea mala faciunt:
dū putant q̄ð nō videant a deo: et difficile eſt quidē vt eum
credant videre nō poſſe: ſed putāt nolle. Pauci inueniuntur
tāte ipietatis: vt impleat in eis q̄ð ſcriptū eſt. Dixit ſtultus Ps.xiij.
in corde ſuo: nō eſt deus. Inſania iſta paucorū eſt. Sicut eñ et.lij.
magna pietas paucorū eſt: ita ⁊ magna impietas nihilomi-
nus paucorū eſt: Hoc aūt q̄ð dico turba dicit. Ecce mō ide
cogitat deus vt ſciat q̄d faciā in domo mea: ⁊ curat deus q̄d
velim agere in lecto meo? Quis dicit? Intelligite qui inſipi- Ps.xciij.
entes eſtis in pplō: et ſtulti aliq̄ñ ſapite. Tu hō cū ſis q̄ labo-
ras ſi oīa domꝰ tue noueris: ⁊ pertineāt ad te oīa verba: oīa
facta ſeruorū tuorū: putas et deū ſic laborare vt attendat ad
te: q̄ nō laborauit vt crearet te? Oculū in te non intēdit ſuū q̄
fecit tuū? Non eras ⁊ creauit te vt eſſes. Nō te curat cū iam Rom.iiij.
ſis: qui vocat ea q̄ non ſunt tanq̄ ſint? Non ergo tibi hoc pro-
mittas: velis: nolis videt te: et ab eius oculis non eſt vbi ab-
ſcondas te. Si eñ celum aſcēderis: ibi eſt: ſi deſcenderis in
infernū adeſt. Laboras: nolēs recedere a factis malis: ⁊ vo-
lens nō videri a deo. Magnus labor. Facere vis mala quo-
tidie: ſuſpicaris te nō videri. Audi ſcripturā dicentem. Qui
plantauit aurē: nōne audiet? Qui finxit oculum: nōne ꝯſide-
rat? Vbi mala facta tua abſcōdis? ab oculis dei? Si vis re-
cedere ab ipſis: multū laboras. Audi dicētē. Venite ad me
omēs qui laboratis. Non finis laborare fugiēdo. Ab illo eli-
gis fugere: nō ad illum. Inueni quo: et fuge. Si aūt propte-
rea nō potes ab illo fugere: quia vbiq̄ preſens eſt: de ꝓximo
fuge ad deū: q̄ preſens eſt vbi ſtas. Fuge. Ecce fugiēdo ex-
ceſſiſti celos: ibi eſt. Deſcendiſti ad inferos: quaſcunq̄ terra-
rū ſolitudines elegeris: ibi eſt qui dixit. Celū ⁊ terrā ego im- Hiere.
pleo. Ergo ſi celū et terrā ipſe implet: et quo fugere poſſis ab xxiij.
illo non eſt: noli laborare. Fuge ad preſentē: ne ſentias veniē-
tē. Preſume te viſurū bene viuendo: a quo videris ⁊ male vi-
uendo. Male eñ viuendo videri potes: videre nō potes. Be-
ne aūt viuēdo et videris ⁊ vides. Quāto enim te familiariꝰ
videbit qui coronat dignum: qui miſericorditer vidit vt vo-
caret indignum: Nathanael ait dño quē nondū ſciebat. Vñ Joha.j.
me noſti? Ait ei dñs. Cū eſſes ſub arbore fici vidi te. Videt
te xp̄s ī vmbra ſua: ñ te videbit ī luce ſua. Quid ē ei: cū eſſes
ſub arbore fici vidi te? Quid ſibi h̄ vult? Quid ſignificat Re-
cordare origīale pctm̄ ade: ī quo oēs morimur. Qñ p̄rio pec-

Gen.iij. cauit: de folijs ficulneis ſuccinctoria ſibi fecit. Significat ī
illis folijs pruritum libidinis: quo peccādo peruenit. Inde
naſcimur: ſic naſcimur: in carne peccati naſcimur quam ſola
Rom. viij ſanat ſimilitudo carnis pctī. Ideo miſit deus filiuꝫ ſuũ in ſi-
militudine carnis peccati. Inde venit: ſed ſic non venit. Nõ
enĩ eũ virgo libidine: ſed fide concepit. Venit in virginē: qui
erat ante virginē. Quā creauit elegit: quā eligeret: creauit.
Attulit virgini fecunditatē: nõ abſtulit integritatē. Qui er-
go ſine pruritu foliorum ficus venit ad te: cũ eſſes ſub arbo
re fici vidit te. Para te videre ſublimiter: a quo viſus es mi-
ſericorditer. Sed qꝛ magnum faſtidium eſt: de fundamento
cogita. Quo inquis fundamento? Diſce ab illo: qm̄ mitis eſt
⁊ humilis corde. Hoc i te fodi fundamētũ hũilitatis: et per-
uenies ad faſtidium charitatis.

¶ De eo quod ſcriptum eſt in euangelio ſm̄ eun
dem. Qui dixerit verbum contra ſpiritumſan-
ctum: non remittetur ei: neqꝫ in hoc ſeculo neqꝫ in
futuro in quo auguſtinꝰ ex euangelio ꝓbat in ſpi
ritu ſancto et non in ſathana (contra phariſeos)
xp̄m eieciſſe demõia et q̄ꝫ plura alia notatu digna

Sermo.xi.

A Magna queſtio eſt de recenti euangelica lectione ꝓ
poſita. Cui ſoluende quantũ ad nos attinet: ipa-
res ſumus: ſed ſufficientia noſtra ex deo eſt: quā-
tum eius adiutoriũ vel accipere vel capere poſſu
mus. Prius ergo magnitudinē aduertite queſtiõis: vt cuꝫ
eius molem humeris noſtris impoſitam videritis: oretis
pro laboribus noſtris: atqꝫ in auxilio quod nobis prebetur ī
Mat.xij. ueniatis edificationeꝫ mentibus veſtris. [Cum dño fuiſſet
oblatus demoniũ habēs cecus et mutus et curaſſet eũ ita vt
loqueretur et videret: et ſtuperent omēs turbe dicentes: nũqd
hic eſt filius dauid? Phariſei audientes dixerũt. Hic non
eijcit demones: niſi in beelzebub principe demoniorum. Ie
ſus aũt ſciens cogitatiões eorũ dixit eis. Omne regnũ in ſe-
ipſum diuiſum deſolabitur. et omis ciuitas vel domus diuiſa
contra ſe nõ ſtabit. Et ſi ſathanas ſathanan eijcit: aduerſum
ſe diuiſus eſt. Quomõ ergo ſtabit regnum eius] Hoc dicēs
ex ipſorum ꝯfeſſione volebat intelligi: q̄ in eũ non credendo
in regno diaboli eſſe delegiſſent: quod vtiqꝫ aduerſum ſe di-
uiſum ſtare nõ poſſit. Eligant ergo phariſei qđ voluerit. Si
ſathanas ſathanā non poteſt eijcere: nihil contra dñm qđ di
cerent inuenire potuerunt. Si aũt põt: multomagis ſibi pro
ſpiciāt: et recedant de regno eius quod aduerſum ſe diuiſuꝫ
ſtare non poteſt. In quo aũt dñs xp̄s eijciat demões: ne de-
moniorũ principē exiſtiment: attendant quod ſequitur. [Et ſi
ego (inqt) in beelzebub eijcio demões: filij veſtri in quo eij-
ciunt? Ideo ipſi iudices veſtri erunt.] Dixit hoc vtiqꝫ de di-
ſcipulis ſuis: illius ppl̄i filijs: q̄ certe diſcipuli dñi ieſu xp̄i
bñ ſibi cõſcij fuerant: nihil ſe malarũ artiũ a bono magiſtro
didiciſſe: ne in principe demoniorũ eijcerent demones. Iõ
inquit ipſi iudices veſtri erũt. Ipſi inquit ipſi ignobilia ⁊ cõ-
temptibilia huius mũdi: in quibus non artificioſa maligni-
tas ſed ſctā ſimplicitas mee virtutis apparet: ipſi teſtes mei
iudices veſtri erunt. Deinde ſubiũgit [Si aũt ego in ſpiritu
dei eijcio demones: igitur peruenit in vos regnuꝫ dei]. Quid
eſt hoc? Si ego inquit in ſpũ dei demones eijcio: nõ aliter poſ-
ſunt filij veſtri eijcere: quibus nõ malignā doctrinā ſed fidē
ſimpliciter dedi: proculdubio peruenit ī vos regnũ dei quo
ſubuertitur regnum diaboli: cũ quo et vos ſubuertimini. Et
qm̄ dixerat. Filij veſtri in quo eijciũt: vt oſtēderet in eis gra
tiam ſuā: nõ meritũ illorũ. [Aut quõ põt quiſqꝫ (inquit) itra-
re in domũ fortis ⁊ vaſa eius diripere: niſi prius alligauerit
fortē: et ſic domũ eius diripere?] Filij inquit veſtri vel q̄ cre
diderant in me vel adhuc credituri ſunt ⁊ eiecturi demones:
non in demonũ pricipe: ſed in ſimplici ſctītate q̄ certe vel fue
runt vel hoc ſũt quod etiā vos eſtis: id eſt peccatores aut im
pij et ideo ī domo diaboli et vaſa diaboli: quõ ab illo poſſint
erui quos preualente iniquitate fortiter obtinebat: niſi alli-
garetur iuſticie mee vinculis: et vaſa eius eriperē q̄ fuerant
vaſa ire: et ea facerem mea vaſa mie? Hoc eſt quod etiā bea-
tus apl̄s ſuperbis et quaſi de ſuis meritis gloriantibꝰ incre
i.Cori.iiij pans dicit. Quis eni te diſcernit? Hoc eſt: a maſſa perditio
nis ex adam: et a vaſis ire quis te diſcernit? Et ne quiſqꝫ di-
ceret: iuſticia mea. Quid enĩ habes (inqt) qđ non accepiſti? Ubi ſupra
Unde et de ſeipſo dicit. Fuimus enĩ et nos aliqñ naturaliter Ephe.ij.
filij ire ſicut et ceteri. Ergo et ipſe vas erat in domo illius ma
le fortis: cũ eſſet eccl̄ie pſecutor: blaſphemus: iniurioſus: in
malicia et inuidia: ſicut fatetur agens. Sed ille qui alligauit
fortem ab eo vaſa perditionis eripuit: et vaſa electionis ef-
fecit. Deniqꝫ ne putarent increduli et impij aduerſantes no
mini xp̄iano propter diuerſas hereſes et ſciſmata eorũ: qui B
ſub nomine xp̄iano greges colligunt perditorũ etiaꝫ xp̄i re-
gnũ aduerſum ſe eſſe diuiſum: conſequenter adiungit. [Qui
non eſt mecũ contra me eſt: et q̄ non congregat mecũ ſpargit] Mat.xij.
Nec ait: qui nõ eſt ſub voce nois mei: aut ſub ſpecie ſacramē
ti mei: ſed q̄ non eſt mecũ contra me eſt. Nec ait: qui non con-
gregat ſub voce nois mei: ſed qui nõ ꝯgregat mecum ſpargit
Non ergo eſt aduerſum ſe diuiſum regnũ xp̄i: et ſi homines
conantur diuidere: quod emptũ eſt precio ſanguinis xp̄i. No-
uit enĩ dñs qui ſunt eius. Et recedat inquit ab iniq̄tate om- ij.Tim.ij.
nis qui nominat nomē dñi. Nam ſi ab iniquitate nõ recedit:
non pertinet ad regnum xp̄i etiam nominans nomē chriſti
Ut ergo aliqua: exempli gratia: cõmemorē: ſpũs auaricie ⁊
ſpũs luxurie: qꝛ ille contrahit: ille diffundit: diuiſi ſũt ambo
aduerſum ſe: et pertinēt ad regnũ diaboli. Apud idolorũ cul
tores ſpiritus iunonis ⁊ ſpũs herculis diuiſi ſunt aduerſum
ſe: et ambo pertinent ad regnum diaboli. Paganus et iude-
us hoſtes xp̄i diuiſi ſunt aduerſum ſe: ⁊ ambo pertinēt ad re
gnũ diaboli. Arrianus et fotinianus ambo heretici: ⁊ aduer
ſum ſe ambo diuiſi. Donatiſta ⁊ maximianiſta ambo hereti
ci ⁊ aduerſum ſe ambo diuiſi. Omia vitia erroreſqꝫ mortaliũ
inter ſe cõtrarij diuiſi ſunt aduerſum ſe: et omēs pertinēt ad
regnum diaboli: ideo non ſtabit regnũ eius. Iuſtus autem ⁊
impius: fidelis et incredulus: catholicus ⁊ hereticus: diuiſi
quidem ſunt aduerſum ſe: ſed nõ ambo pertinent ad regnum
xp̄i. Nouit dñs qui ſunt eius. Nemo ſibi de vocabulo blan- Ubi ſ.
diatur. Si vult ſibi prodeſſe nomē dñi: recedat ab iniquita-
te qui inuocat nomen dñi. Sed iſta verba euangelica ⁊ ſi ha
bebāt aliquid obſcuritatis: quod dño arbitror adiuuāte ex-
planatũ nõ erat: tñ tante difficultatis: quāte apparet eſſe qđ
ſequitur. [Ideo dico vobis. Omne peccatum ⁊ blaſphemia Mat.xij.
remittetur hominibus: ſpũs aũt blaſphemie non remittetur. Et
quicunqꝫ dixerit verbum contra filiũ homis: remittetur ei.
Qui autē dixerit ꝯtra ſpm̄ſanctũ nõ remittetur ei: neqꝫ in hoc
ſeculo neqꝫ in futuro.] Quid ergo fiet de his quos lucrari cu
pit eccl̄ia? Nunquid nā correctis ⁊ ad eam ex quocunqꝫ erro C
re venientibus ſpes falſa promittitur in remiſſione omniuꝫ
peccatorum? Quis enĩ non conuincitur dixiſſe verbum cõtra
ſpiritumſctũm: anteq̄ꝫ chriſtianꝰ vel catholicus fieret? Pri
mo ipſi qui pagani appellantur multorũ deorũ falſorũqꝫ cul-
tores et idolorum adulatores: cũ dicunt dñm xp̄m magicis
artibus feciſſe miracula: nonne iſtis ſũt ſimiles qui eũ dixe-
runt in principe demoniorum eieciſſe demonia? Deinde cũ
quotidie noſtrā ſctificationē blaſphemāt: quid aliud blaſ-
phemant q̄ꝫ ſpiritumſanctũ? Quid iudei q̄ dixerunt de dño
vñ iſte exortus eſt ſermo? Nonne adhuc uſqꝫ verbũ cõtra ſpi
ritum ſanctũ loquuntur: ſic negantes eum eſſe i xp̄ianis: ſicut
illi in xp̄o eſſe negauerunt. Neqꝫ enĩ ⁊ illi ſpiritui ſancto non
maledixerunt: aut nõ eum dicentes eſſe: aut eſſe quidem: ſed
deũ nõ eſſe: ſed eſſe creaturā: aut ad demones eijciendos ni-
hil valere: non iſta indigna: non aliquid ſimile de ſpirituſctõ
locuti ſũt? Saducei ei ſpm̄ſctm̄ negabāt: phariſei vero eũ eē
cõtra ſaduceorum hereſim defendebant: ſed eſſe in dño ieſu
xp̄o negabant: quem demones eijcere in principe demonio
rum putabant: cum eijceret ille in ſpiritu ſancto. Ac per hoc ⁊
iudei et quicunqꝫ heretici ſpiritũſctũm cõfitentur ſed eum ne-
gant eſſe in xp̄i corpore: qđ eſt vnica eius eccl̄ia non vtiqꝫ ni
ſi vna catholica: proculdubio ſimiles ſunt phariſeis qui tũc
etiā ſi eſſe ſpm̄ſctm̄ fatebantur: negabant tñ eũ eſſe in xp̄o: cu
ius opa in demonibus eijciendis demoniorum principi tri
buebant. Omitto q̄ quidā heretici ipſm omino ſpiritũſctũm
vel nõ creatorē ſed creaturā eſſe contendunt: ſicut arriani et
eunomiani et macedoniani: vel eum prorſus ita negāt vt
ipſm deũ negent eſſe trinitatē: ſed tantummodo eſſe deũ pa-
trem aſſeuerant: et ipſm aliqñ vocari filium: aliqñ vocari ſpi
ritumſctũm: ſicut ſabelliani: quos quidā patripaſſianos vo

cant: ideo quia patrem perhibẽt paſſum: cuius negant eſſe
aliquem filiũ: ſine dubio negant eſſe ſpiritũſanctũ. Fotinia=
ni quoq₃ patrẽ ſolũ eſſe deũ: filiũ vero non niſi hoĩem dicũt:
negantes oĩno tertiã perſonã ſpiritũſanctũ. Manifeſtũ eſt
igitur et a paganis / et a iudeis / ⁊ ab hereticis blaſphemari
ſpiritũſanctũ. Nunq̃d nã ergo deſerendi ſunt et ſine vlla ſpe
deputãdi: q̃m fixa ſentẽtia eſt. Qui verbũ dixerit ꝯtra ſpiri=
tũſanctũ nõ ei dimittet neq₃ in hoc ſeculo / neq₃ in futuro: et
illi ſoli eſtimãdi ſunt ab huiꝰ grauiſſimi peccati reatu libe=
ri q̃ ex infantia ſunt catholici? Nã quicũq₃ v̾bo crediderũt
vt catholici fierent: vtiq₃ aut ex paganis: aut ex iudeis: aut
ex hereticis in gratiã xp̃i paceq₃ venerũt. Quibꝰ ſi nõ eſt di
miſſum q̃d dixerũt verbũ ꝯtra ſpiritũſanctũ: inaniter ꝓmit
titur et p̃dicat hoĩbus vt cõuertant ad deũ: et ſiue in baptiſ
mo / ſiue in eccleſia pacem / remiſſioneq₃ accipiãt peccatoꝝ
Neq₃ enĩ dictũ eſt. Nõ remittet ei niſi in baptiſmo: ſed non
remittet (inq̃t) neq₃ in hoc ſeculo / neq₃ in futuro. Nõnullis
D videt eos tantũmodo peccare in ſpm̃ſctm̃: q̃ lauacro regene
rationis abluti in eccleſia / et accepto ſpũſancto velut tanto
poſtea dono ſaluatoris ingrati: mortifero aliquo pctõ ſe im
merſerunt: qualia ſunt vel adulteria / vel homicidia: vel ipſa
diſceſſio / ſiue oĩmodo a noĩe xp̃iano / ſiue a catholica eccl'ia
Sed iſte ſenſus vnde ꝓbari poſſit ignoro: cũ ⁊ penitẽtie quo
rũq₃ criminũ locus in eccleſia non neget: et ipſos hereticos
ij. Tim. ij. ad hoc vtiq₃ corripiẽdos dicat ap̃ls. Ne forte det illis deꝰ
penitentiã ad cognoſcẽdã veritatẽ: ⁊ reſipiſcant de diaboli
laqueis a quo captiui tenent ſ̃m ipſius volũtatẽ. Quis enĩ
eſt fructꝰ correctionis ſine vlla ſpe remiſſionis? Poſtremo
nõ ait: qui fidelis catholicꝰ dixerit verbũ cõtra ſpiritũſctm̃:
ſed q̃ dixerit: hoc eſt q̃libet dixerit: q̃cunq₃ dixerit: nõ remit
tet ei: neq₃ in hoc ſeculo neq₃ in futuro. Siue ergo ſit ille pa=
ganus: ſiue iudeus: ſiue xp̃ianꝰ: ſiue hereticꝰ: ſiue quodli=
bet aliud habeat nomen erroris: nõ dictũ eſt ille aut ille: ſed
qui dixerit v̾bũ cõtra ſpm̃ſctm̃. i. blaſphemauerit ſpm̃ſctm̃:
nõ remittet ei neq₃ in hoc ſeculo / neq₃ in futuro. Porro aũt
ſi om̃is error ꝯtrarius veritati ⁊ ĩimicus catholice paci (ſi=
cut ſupra oſtendimꝰ) dicit verbũ ꝯtra ſpm̃ſctm̃: nec tñ ceſſat
ex om̃i errore corrigere atq₃ colligere q̃ remiſſionẽ peccato=
rũ / et ip̃m quem blaſphemauerãt accipiãt ſpm̃ſctm̃: puto q̃
grãde ſecretũ tã magne huiꝰ q̃ſtionis oſtẽdimꝰ. Lumen er
go expoſitionis a dño requiramꝰ. Erigite itaq₃ fratres: eri
gite ad me aures: ad dñm mẽtes. Dico charitati veſtre. For
te in oĩbus ſctis ſcripturis nulla maior q̃ſtio: nulla difficili=
or inuenit. Unde vt vobis aliq̃d de meipſo fatear: ſemp in
ſermonibꝰ quos ad populũ habui: huiꝰ q̃ſtionis difficulta=
tem moleſtiãq₃ vitaui. Non q2 nihil haberẽ q̃d inde vtcũq₃
cogitarẽ: neq₃ enĩ in re tanta petere: q̃rere: pulſare neglige=
rem: ſed q2 ipi itelligẽtie q̃ mihi aliquãtũ aperiebat verbis
adhorã occurrẽtibꝰ me poſſe ſufficere nõ putarẽ. Hodie au
tem lectiones audiẽs de quibꝰ vobis eſſet ſermo reddẽdus
E cũ euãgeliũ legeret: ita pulſatũ eſt cor meũ: vt crederẽ deũ
velle aliq̃d hinc ꝑ meũ miniſteriũ vos audire. Prius ergo
vt aduertatis ⁊ intelligatis admoneo: nõ dixiſſe dñm. Oĩs
blaſphemia ſpũs nõ remittet ei: ſed q̃ dixerit verbũ. Illud
enim ſi dixiſſet: nihil nobis oĩno remaneret vnde diſputare
poſſimꝰ: q̃m ſi oĩs blaſphemia et om̃e verbũ q̃d dicit cõtra
ſpm̃ſctm̃ nõ remitteret hoĩbus: ex nullo genere ĩpietatis eo
rũ q̃ dono xp̃i ⁊ ſanctificationi eccleſie ꝯtradicũt vel paga=
norũ / vel iudeorũ / vel quorũlibet hereticoꝝ: nõnulloꝝ etiã
in ipſa catholica ĩperitorũ queq₃ in eccleſia lucraret. Sed
abſit vt hoc dñs diceret. Abſit inq̃₃ vt veritas diceret oẽm
blaſphemiã / et om̃e verbũ q̃d cõtra ſpm̃ſctm̃ diceret nõ ha=
bere remiſſionẽ neq₃ in hoc ſeculo / neq₃ in futuro. Exercere
quippe nos voluit difficultate q̃ſtionis: nõ decipere ſenten
tie falſitate. Quapropter non eſt neceſſe vt oẽm blaſphemiã
⁊ om̃e verbũ q̃d dicit ꝯtra ſpm̃ſctm̃: remiſſionẽ quiſq₃ exiſti
met nõ habere: ſed neceſſe eſt plane vt ſit aliq̃ blaſphemia et
aliq̃d verbũ: q̃d ſi dicat cõtra ſpm̃ſctm̃: nullã vnq₃ veniã re=
miſſioneq₃ mereat. Q2 ſi om̃e accepérimꝰ quiſnã poterit ſal
uari? Si aũt rurſus nullũ ptauerimꝰ: ꝯtradicimꝰ ſaluato=
ri. Eſt ergo ſine dubio aliq̃ blaſphemia ⁊ aliq̃d v̾bũ: q̃d ſi dictũ
fuerit cõtra ſpm̃ſctm̃: nõ remittet. Quid ſit autẽ hoc verbũ:
queri a nobis dñs voluit: ideo nõ expreſſit. Queri inq̃₃ vo=
luit: nõ negari. Solent enĩ ſcripture ita loqui: vt q̃n aliq̃d ſic
dicit vt neq₃ ex toto / neq₃ ex pte dictum finiat: nõ ſit neceſſe
vt ex toto fieri poſſit: vt ex parte nõ intelligat. Iſta ergo ſenten
tia ex toto. i. vniuerſaliter ꝓnũciaret: ſi diceret. Oĩs blaſ=
phemia ſpũs nõ remittet: qualecũq₃ verbũ ꝯtra ſpm̃ſctm̃ nõ
remittet ei: neq₃ in hoc ſeculo / neq₃ in futuro. Ex pte autẽ. i.
particulariter ꝓnũciaret ſi diceret. Quedã blaſphemia ſpi
ritus non remittet. Q2 ergo nec vniuerſaliter / nec pticulariter
enũciata ſentẽtia eſt. Nõ enĩ dictũ ẽ. Oĩs blaſphemia ſpũs:
aut q̃dã blaſphemia: ſed tm̃modo indiffinite dictũ eſt: ſpũs
blaſphemia nõ remittet. Nec dictũ eſt. Quicũq₃ dixerit q̃d
cũq₃ verbũ: aut q̃ dixerit quoddã verbũ: ſed indiffinite: qui
dixerit v̾bũ: nõ eſt neceſſe vt oẽm blaſphemiã vel om̃e v̾bũ
intelligamꝰ: ſed neceſſe eſt plane vt quãdã blaſphemiam et
quoddã verbũ voluerit itelligi dñs: q̃uis id exprimere no=
luerit: vt petẽdo: querẽdo: pulſando: ſi q̃d recti intellectꝰ ac=
F ceperimꝰ nõ viliter habeamꝰ. Hoc vt manifeſtiꝰ videatis:
illud attẽdite q̃d ait idẽ ipſe iudeis. Si nõ veniſſem et locu= Joh. xv.
tus fuiſſem eis: pctm̃ non haberẽt. Neq₃ enĩ ita dictũ eſt: vt De gratia
ſine vllo pctõ oĩno vellet itelligi futuros fuiſſe iudeos ſi nõ et li. arbi.
veniſſet ⁊ locutꝰ eis fuiſſet. Plenos q̃ppe iuenit: oneratoſq₃ ca. ij.
peccatis. Propter q̃d dicit. Venite ad me oẽs q̃ laboratis Mat. xj.
et onerati eſtis. Unde: niſi ſarcinis pctõꝝ ⁊ trãſgreſſionibꝰ
legis? Q̃m lex ſubintrauit: vt abũdaret delictũ. Cum ergo ipſe Rom. v.
etiã alibi dicat. Non veni vocare iuſtos ſed pctõres: quõ ſi Mat. ix.
nõ veniſſet pctm̃ nõ haberẽt: niſi q2 ſentẽtia iſta nec vniuerſa
liter nec pticulariter: ſed indiffinite p̃nũciata nõ om̃e pctm̃
cogit intelligi? Sed plane niſi aliq̃d pctm̃ intellexerimꝰ q̃d
nõ haberent niſi xp̃s veniſſet ⁊ locutꝰ eis fuiſſet: falſam q̃d
abſit ſentẽtiã diceremꝰ. Nõ ergo ait. Si nõ veniſſem ⁊ locu= Johã. xv.
tus fuiſſem eis: nullũ pctm̃ haberẽt: ne veritas mẽtiret: nec
rurſus diffinite dixit. Si nõ veniſſem et locutꝰ fuiſſem eis:
quoddã pctm̃ nõ haberẽt: ne piũ ſtudiũ parũ exerceret. In
om̃i q̃ppe copia ſcripturaꝝ ſanctaꝝ paſcimur apertis: exer
cemur obſcuris. Illic fames pellit: hic faſtidiũ. Q2 ergo nõ
eſt dictũ pctm̃ nullũ haberẽt: non pturbemur cũ pctõres iu=
deos etiã ſi dñs nõ veniſſet agnoſcimꝰ. Sed tñ q2 dictũ eſt.
Si nõ veniſſem pctm̃ nõ haberẽt: vnde neceſſe eſt etiã ſi nõ
om̃e: aliq̃d tñ eos ex aduẽtu dñi q̃d nõ habebãt contraxiſſe
pctm̃: illud ip̃m ꝓfecto eſt: q̃d in p̃ntem ſibiq₃ loquentẽ non
crediderũt: eũq₃ inimicũ deputãtes q̃m vera dicebat inſup
occiderũt. Hoc pctm̃ tã magnũ ⁊ tã horrendũ ſi nõ veniſſet
et locutus eis fuiſſet: vtiq₃ nõ haberẽt. Sicut ergo ibi cũ au
dimus. Peccatũ nõ haberẽt: nõ om̃e ſed aliq̃d pctm̃ intelli=
gimus. Ita in hodierna lectiõe cũ audimꝰ. Spũs blaſphe=
mia nõ remittet: nõ oẽm blaſphemiã ſed quãdã. Et cũ audi
mus. Qui dicit v̾bũ cõtra ſpm̃ſctm̃ nõ remittet: nõ om̃e ver=
bũ ſed quoddã v̾bũ intelligere debemꝰ. Nã ⁊ hoc ipſum q̃d
ait. Spũs aũt blaſphemia nõ remittet: vtiq₃ nõ om̃is ſpũs: Mat. xij.
ſed ſpũs blaſphemia neceſſe eſt intelligamꝰ. Quod etſi pla=
nius alibi nõ diceret: quis tã vecors eſſet vt aliq̃d aliud itel
ligeret? Sc̃dm hanc regulã locutionis: et illud accipit. Ni= Joh. iij.
ſi q̃s renatus fuerit ex aqua et ſpũſctõ. Nõ enĩ ⁊ ibi ait: ſpiri
tuſancto: hoc tñ intelligit. Nec q̃m dixit: ex aqua ⁊ ſpũ: oẽm
ſpm̃ quiſq₃ intelligit. Quocirca cũ audis ſpiritus autẽ blaſ=
phemia nõ remittet: ſicut nõ oẽm ſpiritũ: ita nõ oĩs ſpiritus
blaſphemia oportet accipias. Audire iam velle vos video: G
q̃m nõ eſt oĩs: que nã illa ſit blaſphemia ſpũs q̃ nõ remittet:
et q̃d ſit verbũ q̃m nõ eſt om̃e: q̃d ſi dictũ fuerit cõtra ſpiritũ
ſctm̃ nõ remittet: neq₃ in hoc ſeculo / neq₃ in futuro. Iam et
ego vellẽ dicere q̃d intẽtiſſime expectatis audire: ſed tolera
te aliquãtas maiores diligẽtie moras: donec adiuuãte dño
totũ q̃d occurrit expediã. Alij q̃ppe duo euãgeliſte marcus
et lucas cũ de hac re loquerent: nõ dixerũt: blaſphemiã ſeu
verbũ: vt intelligeremꝰ nõ oẽm blaſphemiã ſed quãdã: nec
verbũ om̃e ſed quoddã. Quid ergo dixerunt? Apud marcũ
ita ſcriptũ eſt. Amen dico vobis: q̃m om̃ia dimittũtur filijs Marci. iij
hoĩm pctã ⁊ blaſphemie quibꝰ blaſphemauerũt: q̃ aũt blaſ=
phemauerit in ſpm̃ſctm̃ nõ habet remiſſionẽ in eternũ: ſed
reus erit eterni delicti. Apud lucã ita. Oĩs q̃ dicit verbũ in Luce. xij.
filiũ hoĩs: remittet ei: ei aũt q̃ in ſpm̃ſctm̃ blaſphemauerit:
nõ remittet. Nũquid ꝓpter nõnullã verboꝝ diuerſitatẽ re=
cedit ab eiuſdẽ v̾itate ſentẽtie? Nã neq₃ alia cauſa eſt cum
euãgeliſte eadẽ nõ eodẽ modo dicãt: niſi vt inde diſcamus
res v̾bis: nõ rebꝰ v̾ba ꝓponere: nihilq₃ aliud in loquẽte q̃re=

re niſi volũtatẽ: ꝓpter quã inſinuãdã ṽba ꝓponũtur. Quid
enĩ ad rem ĩtereſt: vtrũ dicaꝶ ſpũs blaſphemia nõ remitteꝶ:
an dicaꝶ qui blaſphemauerit in ſpm̃ſctm̃ nõ ei remitteꝶ: niſi
forte ꝙ eadẽ apertiꝰ iſto modo ꝗ̃ illo diciꝶ: ⁊ aliũ euãgeliſtã
nõ deſtruit aliꝰ ſed exponit? Spũs aũt blaſphemia clauſe di
ctum eſt: q2 nõ expſſum eſt cuiꝰ ſpũs. Non enĩ quicũqꝫ ſpũs:
ſpũſſanctus eſt. Itẽ põt dici ſpũs blaſphemia: cũ ſpũ quiſqꝫ
blaſphemat: quõ poteſt dici ſpũs orõ cũ ſpũ quiſqꝫ orat. Vñ
j. Cor. xiiij dicit apl's. Orabo ſpũ: orabo et mẽte. Cũ ṽo dictũ eſt. Qui
blaſphemauerit in ſpm̃ſanctũ: ille ambiguitates ſolute ſunt.
Mar. iij Itẽ qꝺ ſcriptũ eſt. Nõ habet remiſſionẽ in eternũ: ſed reus
erit eterni delicti: q̃d eſt aliud ꝗ̃ id qꝺ ſm̃ Mattheuꝫ legiꝶ.
Mat. xij. Nõ remitteꝶ ei: neqꝫ in hoc ſeculo / neqꝫ in futuro? Alijs qp
pe verbis: et alio loquẽdi modo eadẽ ipſa eſt expſſa ſenten
vbi ſ. tia. Et qꝺ eſt apud Mattheũ. Qui dixerit verbũ cõtra ſpm̃
ſctm̃: ne aliud aliq̃d ꝗ̃ blaſphemiã intelligeremꝰ planiꝰ alij
dixerũt. Qui blaſphemauerit in ſpm̃ſctm̃. Eadem tñ res ab
oĩbus dicta eſt: nec aliq̃s eoꝝ a loquẽtis volũtate diſceſſit:
ꝓpter quã intelligẽdã verba dicunꝶ / ſcribunꝶ / legũtur / au
diũtur. Sed ait aliq̃s. Ecce accepi et ĩtellexi: q2 cũ dicitur
blaſphemia: nec exprimiꝶ oĩs aut q̃dã: poteſt q̃dã intelligi:
aut oĩs. Sed nec neceſſe eſt vt oĩs. Niſi aũt quedã intelliga
tur: falſum eſt qꝺ diciꝶ. Ita et ṽbũ ſi nõ dicaꝶ oĩe ſeu quod
dã: nõ eſt neceſſe vt oĩe intelligaꝶ: ſed niſi vl' quoddã fuerit
intellectũ: nullo mõ poteſt eſſe qꝺ diciꝶ. Sed vbi legiꝶ: q̃ blaſ
phemauerit: quõ intelligo quãdã blaſphemiã vbi non legiꝶ
niſi blaſphemiã: vel quoddã verbũ vbi nõ legiꝶ niſi verbũ:
ſed tãꝗ̃ generaliter dici videꝶ: q̃ blaſphemauerit? Huic cõ
tradictioni rñdemꝰ: q2 etiã hic ſi diceret: q̃ blaſphemauerit
quãcũqꝫ blaſphemiã in ſpm̃ſctm̃: nihil eſſe cur aliquaꝫ blaſ
phemiã q̃rendã putaremꝰ: qñ oẽm intelligere deberemus.
Sed q2 oĩs nõ poteſt intelligi: ne paganis: iudeis: hereticis
oĩmqꝫ hoĩm generi: q̃ diuerſis erroribꝰ ⁊ ꝯtradictionibꝰ ſu
is blaſphemãt in ſpm̃ſctm̃ ſpes remiſſionis ſi ſe correxerint
auferaꝶ: reſtat vtiqꝫ vt in eo qꝺ ſcriptũ eſt: q̃ blaſphemaue
rit in ſpm̃ſctm̃ nõ habere remiſſionẽ in eternũ: ille ĩtelligaꝶ
qui nõ omni modo ſed eo modo blaſphemauerit vt ei nunꝗ̃
Jacobi. j. poſſit ignoſci. Sicut in eo enĩ qꝺ dictũ eſt. Deꝰ neminẽ ten
tat: nõ oĩm: ſed quodã tẽtationis mõ deus neminẽ tẽtare in
Deutero. telligẽdus eſt: ne falſum ſit illud qꝺ ſcriptum eſt. Tẽtat vos
xiij. dñs deꝰ veſter: et ne xp̃m negemꝰ deũ: vel dicamus falſum
Joh. vj. euãgeliũ vbi legimꝰ. Q2 interrogabat diſcipulũ tẽtans: ipſe
autẽ ſciebat q̃d eſſet facturꝰ. Eſt enĩ tẽtatio adducẽs pctm̃:
qua deꝰ neminẽ tẽtat: et eſt tẽtatio ꝓbans fidẽ: qua et deus
tẽtare dignaꝶ. Ita cũ audimꝰ. Qui blaſphemauerit in ſpm̃
ſctm̃: nõ oĩe blaſphemãdi genꝰ debemꝰ accipere: ſic nec ibi
Mar. xvj. oĩe tẽtandi. Itẽ cũ audimꝰ. Qui crediderit et baptizatus
fuerit ſaluꝰ erit: nõ vtiqꝫ intelligimꝰ eo modo credẽtem quo
Jacobi. ij. et demones credũt ⁊ cõtremiſcũt: nec in eo numero baptiza
Act. viij. tos: in quo ſymon magus baptizari potuit: ſed ſaluꝰ eſſe nõ
Mar. xvj. potuit. Sicut ergo cũ diceret. Qui crediderit ⁊ baptizatus
fuerit ſaluꝰ erit: nõ oẽs credẽtes et baptizatos: ſꝫ q̃ſdã intue
Gal. v. baꝶ in ea ſcꝫ fide cõſtitutos q̃ apoſtolo diſtinguẽte ꝑ dilecti
Marci. iij onem opaꝶ. Ita cũ dixerit. Qui blaſphemauerit in ſpm̃ſan
ctum nõ habet remiſſionẽ in eternũ: nõ oẽm ſed quedã blaſ
phemãtis ſpũſſancti intẽdebat reatũ: quo quiſqꝫ fuerit obli
Joh. vj. gatus: nulla vnꝗ̃ remiſſione ſolueꝶ. Illud etiaꝫ qꝺ ait. Qui
mãducat carnẽ meã ⁊ bibit ſanguinẽ meũ in me manet ⁊ ego
in illo: quõ intellecturi ſumꝰ? Nũquid etiã illos hic poteri
j. Corin. xj mus accipere: de q̃bus dicit apl's: ꝙ iudiciũ ſibi mãducent
et bibãt: cũ ipſam carnẽ mãducent et ipm̃ ſanguinem bibãt?
Nũquid et iudas magiſtri vẽditor et traditor impiꝰ ꝗ̃uis
primũ ipm̃ manibꝰ eiꝰ cõfectũ ſacramentũ carnis et ſangui
Luce. xxij nis eiꝰ cũ ceterꝭ diſcipulis: ſicut apertiꝰ Lucas euãgeliſta
declarat: mãducaret ⁊ biberet: manſit in xp̃o: aut xp̃s in eo?
Multi denicqꝫ q̃ vel corde ficto carnẽ illã mãducant ⁊ ſangui
nem bibũt: vel cũ mãducauerint et biberint apoſtate fiunt:
iiij. ſen. di. nũquid manẽt in xp̃o: aut xp̃s in eis? Sed ꝓfecto eſt quidã
ix. ca. j. modus mãducãdi illã carnẽ et bibendi illũ ſanguinẽ: quõ q̃
mãducauerit et biberit in xp̃o manet / et xp̃s in eo. Nõ ergo
quocũqꝫ modo quiſqꝫ mãducauerit carnẽ xp̃i et biberit ſan
guinẽ xp̃i: manet in xp̃o: ⁊ in illo xp̃s: ſed certo quodã modo
quẽ modũ vtiqꝫ ipſe videbat qñ iſta dicebat. Sic igiꝶ ⁊ in eo
Marci. iij qꝺ ait. Qui blaſphemauerit in ſpm̃ſctm̃ non habet remiſſio

nem in eternum: nõ quocũqꝫ modo blaſphemauerit reus eſt
huiꝰ irremiſſibilis delicti: ſed modo quodã quẽ nos q̃rere /
aut intelligere voluit: q̃ hanc ſentẽtiam verã terribilẽqꝫ de
prompſit. Quiſnã ſit aũt iſte blaſphemãdi modus: vl' potiꝰ
imoderatio: quenã ſit iſta blaſphemia: et qꝺ ſit verbũ cõtra
ſpm̃ſctm̃: iã quãtũ exiſtimo ipſe ordo expoſtulat vt dicamꝰ:
vtrãqꝫ expectationẽ tãdiu ſed neceſſario detentã nõ vlteriꝰ
differamꝰ. Noſtis chariſſimi in illa inuiſibili ⁊ incorrupti
bili trinitate quã fides vr̃a et catholica eccleſia tenet ⁊ ꝑdi
cat: deũ patrẽ non ſpũſſancti patrẽ eſſe ſed filij: ⁊ deũ filiũ nõ
ſpũſſancti filiũ eſſe ſed patris: deũ autẽ ſpm̃ſctm̃ nõ ſoliꝰ pa
tris aut ſolius eſſe filij ſpm̃: ſed patrꝭ ⁊ filij. Et hãc trinitatẽ
ꝗ̃uis ſeruata ſingulariũ ꝓprietate ⁊ ſubſtãtia pſonarum: tñ
ꝓpter ipſam indiuiduã et inſeparabilẽ eternitatis: ṽitatis:
bonitatis eſſentiã vel naturã: nõ eſſe tres deos ſed vnũ deũ.
Ac ꝑ hoc ꝓ captu noſtro quãtũ iſta ꝑ ſpeculũ ⁊ in enigmate:
preſertim talibꝰ q̃les adhuc ſumꝰ videre concediꝶ: inſinuaꝶ
nobis in patre auctoritas: in filio natiuitas: in ſpũſancto pa
tris / filijqꝫ cõmunitas: in tribꝰ eq̃litas. Qꝺ ergo cõmune ẽ
patri et filio: ꝑ hoc nos voluerũt habere cõmunionẽ et inter
nos et ſecũ: ⁊ ꝑ illud donũ nos colligere in vnũ qꝺ ambo ha
bent vnũ: hoc eſt ꝑ ſpm̃ſctm̃ deũ ⁊ donũ dei. In hoc enĩ recõ
ciliamur diuinitati: eaqꝫ delectamur. Nã q̃d nobis ꝓdeſſet
quicq̃d boni noſſemꝰ: niſi etiã diligeremꝰ? Sicut autẽ ṽita
te diſcimꝰ: ita charitate diligimꝰ: vt et pleniꝰ cognoſcamꝰ:
et beati cognito pfruamur. Charitas porro diffuſa eſt in cor Rom. v.
dibus nr̃is: ꝑ ſpm̃ſctm̃ q̃ datus eſt nobis. Et q2 pctis aliena
mur a poſſeſſione veroꝝ bonoꝝ. Charitas cooperit multitu j. Pet. iiij
dinẽ pctoꝝ. Eſt ergo pater filio veritati origo verax: ⁊ filiꝰ
de veraci patre orta veritas: et ſpũſſanctꝰ a patre bono et fi
lio bono effuſa bonitas: oĩm eſt aũt nõ impar bonitas nec ſe
parabilis vnitas. Primũ ergo in nos ad accipiendã vitam
eternã q̃ in nouiſſimo dabiꝶ de bonitate dei munꝰ: venit ab
initio fidei: remiſſio pctoꝝ. Ill' enĩ manẽtibꝰ manẽt quodã
modo inimicitie aduerſus deũ: ⁊ ab illo alienatio q̃ a noſtro
malo eſt: qm̃ nõ mentiꝶ ſcriptura dicẽs. Peccata vr̃a ſepa Eſa. lix.
rant iter vos ⁊ deũ. Nõ itaqꝫ nobis infert bona ſua: niſi au
ferat mala noſtra. Et intantũ illa creſcũt: inquãtũ iſta minu
untur: nec illa pficiẽtur niſi iſta finiãtur. Iã ṽo ꝙ dñs ieſus
ſic in ſpũſctõ pctã dimittit: queãdmodũ in ſpũſancto demo ij.
nes eijcit: hinc intelligi poteſt: ꝙ poſtea ꝗ̃ reſurrexit a mor
tuis: cũ dixiſſet diſcipulis ſuis. Accipite ſpm̃ſctm̃: cõtinuo Joh
ſubiecit. Si cui dimiſeritis pctã dimittẽtur ei: ſi cui tenue
ritis tenebũtur. Nã ⁊ illa regeneratio vbi fit oĩm p̃teritorũ
remiſſio pctoꝝ: in ſpũſctõ fit: dicẽte dño. Niſi q̃s renatꝰ fue Jo
rit ex aq̃ et ſpũ: nõ põt introire in regnum dei. Sed aliud eſt
naſci de ſpũ: aliud paſci de ſpũ: ſicut aliud eſt naſci de carne
qꝺ fit cũ parit mater: aliud paſci de carne: qꝺ fit cũ lactat in
fantẽ ad hoc cõuerſum vt cũ voluptate biberet vnde natꝰ eſt
vt viueret: vt inde accipiat viuẽdi alimẽtũ vnde accepi[...]a
ſcẽdi initiũ. Primũ itaqꝫ credentiũ beneficiũ eſt beni
tatis dei: in ſpũſctõ remiſſio pctoꝝ. Unde ita cepit et ꝑdica
tio Johãnis baptiſte: q̃ p̃curſor dñi miſſus eſt. Sic enĩ ſcri
ptum eſt. In diebꝰ illis venit Johãnes baptiſta ꝑdicãs i Mat. iij.
deſerto iudee et dicẽs. Penitẽtiam agite: appropinquauit
enĩ regnũ celoꝝ. Ait autẽ Johẽs inter cetera q̃ locutꝰ eſt ad
eos q̃ venerũt vt ab illo baptizarẽtur. Ego quidẽ vos bapti vbi ſ.
zo aqua in penitẽtia: q̃ aũt vẽturꝰ eſt poſt me fortior me eſt:
cuiꝰ nõ ſum dignꝰ calciamẽta portare. Ipſe vos baptizabit
in ſpũſctõ et igni. Ait ⁊ dñs. Johãnes quidẽ baptizauit aq̃: Actuũ. j.
vos aũt baptizabimini ſpũſancto nõ poſt multos hos dies
quẽ accepturi eſtis vſqꝫ ad pẽthecoſten. Qꝫ autẽ dicit Jo
hãnes. Et igni: ꝗ̃uis poſſit intelligi ⁊ tribulatio quã ꝓ noĩe
xp̃i credẽtes fuerãt ꝑpeſſuri: tñ nõ ab re eſt eũdem ſpm̃ſctm̃
etiã noĩe ignis ſignificatũ videri. Propter qꝺ ⁊ in aduentu
eiꝰ dictũ eſt. Viſe ſunt illis lingue diuiſe velut ignis: q̃ ⁊ in Actuũ. ij.
ſedit ſuꝑ vnũquẽꝗ̃ eoꝝ. Hinc ⁊ ipſe dñs ait. Ignẽ veni mit Luce. xij.
tere in mundũ. Hinc ⁊ apl's ait. Spũ feruẽtes: qm̃ hinc fer Rom. xij.
uet charitas. Diffundiꝶ q̃ppe in cordibus nr̃is ꝑ ſpm̃ſctm̃ q̃ Rom. v.
datꝰ eſt nobis. Cui feruori cõtrariũ eſt qꝺ dñs ait. Refrige Matthei
ſcet charitas multoꝝ. Sed pfecta charitas: pfectũ donũ eſt xxiiij.
ſpũſſancti. Prius eſt aũt illud qꝺ ad remiſſionẽ ꝑtinet pec Col. j.
catoꝝ: ꝑ qꝺ beneficiũ eruimur de poteſtate tenebrarũ: et pn Joh. xij.
ceps huiꝰ mũdi mittiꝶ foras fide noſtra: q̃ operaꝶ in filijs in Ephe. ij.

fidelitatis:nulla alia niſi ſocietate ⁊ obligatione peccati. In
ſpū enī ſctō quo in vnū dei populꝰ cōgregatꝛ eijcitꝛ ſpūs imū
dus:q̄ in ſeipm̄ diuiſus eſt. Cōtra hoc donū gratuitū: cōtra
ij.ſen.diſ. iſtā dei gratiā loquitꝛ cor ipenitēs. Ipſa ergo ipenitētia eſt
xliij.c.ſed ſpūs blaſphemia:q̄ nō remittetꝛ neqꝫ in hoc ſeculo/neqꝫ in fu
queritur. turo. Cōtra ſpm̄ enī ſctm̄ quo baptizantꝛ quoꝝ pctā om̄ia di
mittuntꝛ: ⁊ quē accepit eccleſia: vt cui dimiſerit pctā dimit=
tuntꝛ ei: verbū valde malū ⁊ nimis impiū: ſiue cogitatiōe: ſi
Rom.ij. ue etiā lingua ſua dicit: quē patiētia dei cū ad penitētiā ad=
ducat: ipſe ſcd̄m duritiā cordis ſui ⁊ cor ipenitens theſauri=
zat ſibi irā in die ire et reuelationis iuſti iudicij dei: qui red
det vnicuiqꝫ iuxta opera eiꝰ. Hec ergo ipenitētia. Sic enī
vno aliquo noīe poſſumꝰ (vtcūqꝫ) appellare/et blaſphemiā
⁊ verbū ꝯtra ſpm̄ſctm̄ qd̄ remiſſionē nō habet in eternū: hec
inqꝫ ipenitētia cōtra quā clamabat et preco et iudex dicēs.
Mat. iij. Penitētiā agite: appropinq̄bit enī regnū celoꝝ: ꝯtra quā
et.iiij. dn̄s os euāgelice ꝑdicationis aperuit: ⁊ ꝯtra quā ipm̄ euā=
geliū in toto orbe ꝑdicandū eſſe ꝑdixit: vbi poſtea ꝙ reſur=
Lu.xxiiij. rexit a mortuis: ait diſcipulis. Oportebat pati xp̄m ⁊ reſur=
gere a mortuis tertio die: ⁊ ꝑdicari in noīe eiꝰ penitentiā et
remiſſionē pctōꝝ ꝑ oēs gētes incipiētibus ab hieruſl'm. Hec
oīno impenitētia nō habet remiſſionem: neqꝫ in hoc ſeculo/
neqꝫ in futuro: qꝛ penitētia ipetrat remiſſionē in hoc ſeculo
L q̄ valeat in futuro. Sed iſta impenitētia/vel cor impenitēs
ij.ſen.diſ. ꝙdiu quiſqꝫ in hac carne viuit: nō pōt iudicari. De nullo enī
xliij.ca.eſt deſperandū eſt ꝙdiu patiētia dei ad penitētiā adducit: nec
etiam. de hac vita rapit impiū: q̄ nō mortē vult ipij: ꝙtum vt reuer
Ezech. tatꝛ et viuat. Paganꝰ eſt hodie: vnde ſcis vtrū ſit futurꝰ cra
xxxiij. ſtino xp̄ianꝰ? Iudeꝰ infidelis eſt hodie: qd̄ ſi cras credat in
xp̄o? Hereticꝰ eſt hodie: qd̄ ſi cras ſequatꝛ catholicā verita=
tē? Sciſmaticꝰ eſt hodie: qd̄ ſi cras amplectatꝛ catholicā pa=
cem? Quid ſi iſti quos in quocūqꝫ genere erroris notas ⁊ tā=
ꝙ deſperatiſſimos dānas: anteq̄ finiāt iſtā vitā agant peni
tentiā et inueniāt verā vitā in futuro? Proinde fratres etiā
j.Cor.iiij. ad hoc vos āmoneat qd̄ ait apl's. Nolite ante tēpus q̄cq̄ iu=
dicare. Hec enī blaſphemia ſpūs cui nūq̄ eſt vlla remiſſio:
qm̄ nō oēm ſed quādā intelleximꝰ: eāqꝫ ꝑſeuerantē duriciā
cordis ipenitētis vel diximꝰ/vel inuenimꝰ/vel etiā ꝙtum
exiſtimauimꝰ oſtendimꝰ: nō poteſt in quoqꝫ (vt diximꝰ) dū
in hac adhuc vita eſt deprehēdi. Qd̄ nō ideo videatꝛ abſur=
Ma dū: qꝛ cū homo vſqꝫ in finē huiꝰ vite in dura ipenitētia ꝑſe=
uerans: diu multūqꝫ loquatꝛ aduerſus hanc grām ſpūſſancti
L euāgeliū [illegible] tā longā cōtradictionē cordis impenitētis: q̄ſi
breue aliqd̄ verbū appellauit dicēs. Quicūqꝫ dixerit verbū
cōtra filiū hoīs: remittetꝛ ei: q̄ autē dixerit cōtra ſpm̄ſctm̄ nō
remittetꝛ ei neqꝫ in hoc ſeculo/neqꝫ in futuro. Hec enī ꝙuis
ꝓlixa ſit et pluribꝰ v̄bis cōtexta et ꝑducta blaſphemia: ſo=
let tn̄ ſcriptura etiā multa v̄ba verbū appellare. Neqꝫ enim
vnū verbū locutꝰ eſt quicūqꝫ ꝓpheta: et tn̄ ſic legitꝛ. Verbū
j.Timo.v. qd̄ factū eſt ad illū vel ad illū ꝓphetā. Et apl's. Preſbiteri
(inq̄t) duplici honore honorētur: maxime q̄ laborāt in v̄bo
et doctrina. Nō ait in v̄bis: ſed in v̄bo. Et ſanctꝰ Iacobus.
Jacobi.j. Eſtote (inq̄t) factores verbi: ⁊ nō auditores tm̄. Non ait et
ipſe verboꝝ ſed verbi: ꝙuis tā multa verba de ſcripturis ſan
ctis in eccleſia celebriter/⁊ ſolēniter legātur: dicātur: audiā
tur. Sicut ergo quātocūqꝫ tēpore q̄ſqꝫ noſtrū in predicādo
euāgelio laborauerit: nō verboꝝ ſed verbi dicitꝛ ꝑdicator: ⁊
ꝙtocūqꝫ tēpore q̄ſqꝫ veſtrū noſtrā ꝑdicationē diligēter atqꝫ
inſtāter audierit: nō verboꝝ ſed v̄bi audiēdi ſtudioſiſſimꝰ
nūcupatꝛ. Ita eo more quo ſcripture loquuntur et quē nouit
eccleſiaſtica cōſuetudo: quiſqꝫ vniuerſa ſua vita q̄ iſtā gerit
carnē: ꝙtalibet lōgitudine ꝓlongatꝛ: quecūqꝫ verba vel ore
vel ſola cogitatione locutꝰ fuerit corde ipenitēti ꝯtra remiſ
ſionē peccatoꝝ que fit in eccleſia: verbū dicit ꝯtra ſpm̄ſctm̄.
Ideo autē nō ſolū verbū qd̄ dictū fuerit cōtra filiū hoīs: ſed
oīne ꝓrſus peccatū ⁊ blaſphemia remittetꝛ hoībus: qꝛ vbi h
pctm̄ nō fuerit cordis ipenitētis cōtra ſpm̄ſctm̄: quo in eccle
M ſia pctā ſoluuntꝛ: cūcta alia dimittuntꝛ. Quō autē hoc dimit=
titur: qd̄ etiā remiſſionē ipedit alioꝝ? Oīa ergo dimittū=
tur eis: in q̄bus nō eſt qd̄ nunq̄ dimittetꝛ. In q̄bꝰ eſt autem:
quō hoc nunq̄ dimittitꝛ: nec alia dimittuntꝛ: qꝛ oīm remiſſio
vinculo iſtiꝰ ipeditꝛ. Nō ergo ꝓpterea quicūqꝫ dixerit ꝯtra
ſpm̄ſctm̄ nō remittetꝛ ei: qꝛ in trinitate maior eſt filio ſpūſſan
ctus: qd̄ nullus vnq̄ vel hereticꝰ dixit: ſed qm̄ quiſqꝫ reſiſte
rit veritati: ⁊ blaſphemauerit veritatē: qd̄ eſt xp̄s: etiā poſt
tantā ſui ꝑdicationē apud hoīes: vt verbū caro fieret/et ha Joh.j.
bitaret in nobis: qd̄ eſt filiꝰ hoīs.i. ipſe xp̄s: ſi nō dixerit ver
bū illud cordis ipenitētis cōtra ſpm̄ſctm̄: de quo dictum eſt.
Qui nō renatꝰ fuerit ex aqua et ſpū: et de quo item dictū eſt. Joh.v.
Accipite ſpm̄ſctm̄: ſi cui dimiſeritis pctā dimittūtur ei.i.ſi Joh.xx.
penituerit eū: accipiet ꝑ hoc donū remiſſionē oīm pctōꝝ:
ſimul et huiꝰ qd̄ verbū dixit ꝯtra filiū hoīs: qꝛ pctō ignorā=
tie ſiue ꝯtumacie/vel cuiuſcūqꝫ blaſphemie nō addidit pec
catū ipenitētie contra donū dei et grām regenerationis vel
reconciliationis q̄ fit in eccleſia ſpūſctō. Proinde nec illud
ſentiēdū eſt: ꝙ q̄dā putāt ideo remitti verbū qd̄ dicitꝛ cōtra
filiū hoīs: nō remitti autē qd̄ dicitꝛ cōtra ſpm̄ſctm̄: qꝛ ꝓpter
ſuſceptā carnē factꝰ eſt filiꝰ hoīs xp̄s: qua carne vtiqꝫ maior
eſt ſpūſſanctꝰ: q̄ ſubſtātia ꝓpria eq̄lis eſt patri et vnigenito
filio ſcd̄m eiꝰ diuinitatē: ſcd̄m quā et ipſe vnigenitꝰ filius eq̄lis
eſt patri et ſpirituiſctō. Nā ſi hoc ꝓpterea dictū eſſet: profe
cto de oīni blaſphemia taceretꝛ: hec ſola irremiſſibilis vide=
retꝛ: q̄ cōtra filiū hoīs dicitꝛ quaſi cū homo ſolus putatꝛ. Cum
v̄o premiſſum ſit oīne pctm̄: ⁊ blaſphemia remittetꝛ hoībus:
qd̄ etiā apud aliū euāgeliſtā ita ipoſitū eſt. Oīa dimittētur Marci.iij.
filijs hoīm pctā et blaſphemie q̄bꝰ blaſphemauerint: ꝓcul=
dubio et illa blaſphemia q̄ cōtra patrē dicitꝛ iſta generalita=
te ꝯcluditꝛ: et tn̄ hec ſola irremiſſibilis definitꝛ q̄ dicitꝛ contra
ſpm̄ſctm̄. Nūquid nā ⁊ pater formā ſerui accepit: qua ſit ma
ior ſpūſſanctꝰ? Nō vtiqꝫ: ſed ideo poſt vniuerſalē cōmemora
tionē oīm pctōꝝ oīniſqꝫ blaſphemie eminētius voluit exꝑ=
mere blaſphemiā q̄ fit contra filiū hoīs: qꝛ etiā ſi in illo pctō
fuerint hoīes obligati: qd̄ ꝯmemorauit vbi ait. Si nō veniſ= Joh.xv.
ſem et locutꝰ eis fuiſſem: pctm̄ nō haberēt: qd̄ etiā in euāge=
lio ſcd̄m iohannē valde graue oſtēdit eſſe pctm̄: vbi ait de ſpū Joh.xvj.
ſctō: cū eū ſe miſſurū eſſe ꝓmitteret: ille arguet mūdū de pec
cato/et de iuſtitia/et de iudicio. De pctō quidē qꝛ nō credi=
derūt in me: tn̄ ſi nō dixerit illa cordis impenitētis duricia
verbū cōtra ſpm̄ſctm̄: etiā hoc qd̄ dictū eſt ꝯtra filiū hoīs re
mittetꝛ. Hic fortaſſis aliq̄s querat vtrū tātūmodo ſpūſſctūs N
pctā dimittat: an et pater et filiꝰ? Reſpōdemus ꝙ et pater ⁊
filiꝰ. Ipſe enī filiꝰ de patre dicit. Si dimiſeritis pctā homi Mat.vj.
nibꝰ: dimittet vobis ⁊ pater veſter pctā veſtra. Cui nos quo
qꝫ dicimꝰ in orōne dn̄ica. Pater noſter q̄ es in celis. Atqꝫ in vbi.s.
ter cetera et hoc petimꝰ dicētes. Dimitte nobis debita nr̄a.
De ſeipſo aūt ait. Ut ſciatis ꝙ habeat filiꝰ hoīs poteſtatē in Mat.ix.
terra dimittēdi pctā. Si ergo (inq̄s) ⁊ pater ⁊ filiꝰ ⁊ ſpūſſan
ctus dimittūt pctā: cur illa impenitētia q̄ nunq̄ dimittetur:
tātūmodo ad ſpūs blaſphemiā dicitꝛ ꝑtinere: tāq̄ ille q̄ hoc
impenitētie pctō fuerit obligatus: dono ſpūſſancti reſiſtere
videatꝛ: qd̄ eo dono fiat remiſſio pctōꝝ? Ubi et ego quero:
vtrū xp̄s eiecerit demonia: an pater et ſpūſctūs? Si enim
tātūmodo xp̄s: qd̄ eſt qd̄ ipe dicit. Pater autē in me manēs Joh.xiiij.
ipſe facit opera? Ita enī dictū eſt. Ipſe facit opera: tāq̄ fi=
lius nō faciat: ſed pater manēs in filio. Cur ergo alio loco di
cit. Pater meꝰ vſqꝫ modo operatꝛ: et ego operor? Et paulo= Joh.v.
poſt. Quecūqꝫ enī ille fecerit: hec et filiꝰ eiꝰ ſiliter facit. Qd̄ vbi ſupra.
alio loco dicit. Si opera nō feciſſem in eis q̄ nemo aliꝰ fecit: Joh.xv.
ita dicit q̄ſi ſolus faciat. Si autē hec ita dicuntꝛ vt tn̄ inſepa
rabilia ſint opera patris: qd̄ credendū eſt de ſpūſctō: niſi qꝛ
⁊ ipſe pariter operatꝛ? Nā in eo ipſo loco vnde exorta eſt iſta
q̄ſtio quā diſcutimꝰ: cū filiꝰ eijceret demonia: ipe tn̄ ait. Si
ergo in ſpūſctō eijcio demonia: igitꝛ ꝑuenit in vos regnū dei
Hic forte q̄s dicat ſpm̄ſctm̄ dari potius a patre ⁊ filio ꝙ ſua
volūtate aliq̄d operari: et ad hoc ꝑtinere qd̄ dictū eſt: in ſpi=
rituſancto eijcio demonia: qd̄ nō ipſe ſpūſſanctꝰ ſed xp̄s id
faceret ſpū: vt ſic intelligatur qd̄ dictū eſt: in ſpirituſancto
eijcio: tanq̄ diceretꝛ: ſpū eijcio. Solēt q̄ppe ita loqui ſcriptu=
re. Interfecerūt in gladio.i. gladio. Succēderunt in igne.i.
igni. Et accepit ieſus cultros petrinos in q̄bꝰ circūciderat Joſue.v.
filios iſrael. Sed q̄ ꝓpterea demunt in ſpūſctō ꝓpriā pote=
ſtatē: illud attēdant qd̄ a dn̄o dictū legitꝛ. Spiritus vbi vult Joh.iij.
ſpirat. Illud v̄o qd̄ apl's ait. Oīa autē hec operatꝛ vnꝰ atqꝫ j.Cor.xij.
idem ſpiritꝰ: verendū eſt ne quiſqꝫ arbitretꝛ ꝙ ea non operetꝛ
pater et filiꝰ: cū in eis operibꝰ cōmemorauit donationes cu
rationū/et operationes virtutū: vbi eſt vtiqꝫ et expulſio de=
monioꝝ. Cū v̄o adiungit et dicit. Diuidēs ꝓpria vnicuiqꝫ vbi ſupra
prout vult: nōne manifeſtat etiā ſancti ſpiritꝰ poteſtatē: ſed

a patre ⁊ filio plane indiuiduā? Si ergo hec ita dicunt̄: vt tñ
inſeparabilis intelligat̄ operatio trinitatis: ita vt cū opera-
tio patris dicit̄: nō eā ſine filio et ſpūſancto intelligat̄ opera
ri: vt cū operatio filij nō ſine patre et ſpūſancto: et cū opera-
tio ſpūſſancti nō ſine patre et filio: ſatis notū eſt recte credē-
tibus: vel etiā vt poſſunt intelligētibꝰ: et illud ideo dictum
Joh. xiiij. eſſe de patre. Ipſe facit opera: ꝙ ab illo ſit etiā origo operū:
a quo eſt exiſtētia cooperantiū ꝑſonarū: qꝛ ⁊ filiꝰ de illo natꝰ
eſt: et ſpūſſanctꝰ principaliter de illo ꝓcedit de quo natꝰ eſt
Joh. xv. filius: et cū quo illi cōis eſt idē ſpūs. Et illud qđ ait dñs. Si
opera nō feciſſem in eis q̄ nemo alius fecit: nō ad patrē vel
ſpm̄ retuliſſe ꝙ ei nō ſint in illis operibꝰ cooperati: ſed ad ho
mines a q̄bus legunt̄ multa facta miracula: et tñ a nullo q̄ fi-
j. Cor. xij. lius fecit. Et qđ ait apl's de ſpūſancto. Oia autē hec operat̄
vnꝰ atqꝫ idē ſpūs: nō ideo dictū: qꝛ nō ei cooperat̄ pater ⁊ fi-
lius: ſed qꝛ in his operibꝰ nō ſunt multi ſed vnꝰ ſpūs: et in di
¶ uerſis ſuis operationibꝰ nō eſt a ſe ipſe diuerſus. Nec tamē
inaniter ſed rōnabiliter ⁊ veraciter dicit̄ patrē dixiſſe: nō filiū
Luce. iij. et ſpm̄ſctm̄. Tu es filiꝰ meꝰ dilectus: in q̄ mihi ꝯplacui. Sz
hoc miraculū de celo ſonabilis verbi: q̄uis ad ꝑſonā patris
tātūmodo noſcamꝰ ꝑtinere: cooperatos eſſe filiū et ſpm̄ſctm̄
nō negamꝰ. Neqꝫ eni qꝛ tūc filius carnē portās cū hoibꝰ cō-
uerſabat̄ in terra: ideo nō erat etiā in ſinu patris tāqꝫ vnige
nitū verbū: qñ illa de nube vox facta eſt: aut ſapiēter et ſpiri
taliter credi poteſt: deū patrē operationē verboꝝ ſuoꝝ ſonā
tium atqꝫ trāſeūtiū a ſue ſapiētie / ſuiqꝫ ſpūs cooperatiōe ſe-
paraſſe. Eodē modo cū rectiſſime dicamꝰ: nō patrē nec ſpm̄
Mat. xiiij ſanctū: ſed filiū ſup mare ambulaſſe: cuiꝰ vniꝰ caro erat illa
⁊ plante fluctibꝰ innitētes: illud tñ opus tāti miraculi patrē
et ſpm̄ſctm̄ coopertos eſſe q̄s abnuat? Sic eni et ſolū filiū ve
riſſime dicimꝰ: ipam ſuſcepiſſe carnē: nō patrē aut ſpm̄ſctm̄
et tñ hāc incarnationē ad ſolū filiū ꝑtinentem: q̄ſquis negat
cooperatū patrē aut ſpm̄ſctm̄ nō recte ſapit. Itē dicimꝰ: nec
Mat. iij. patrē nec filiū: ſed ſolū ſpm̄ſctm̄ et in columbe ſpecie: et in lin
Actuū. ij. guis velut igneis appruiſſe et ſediſſe: ꝓnūciare illis in q̄s
venerat multis et varijs linguis magnalia dei: a quo tamē
miraculo ad ſolū ſpm̄ſctm̄ ꝑtinēte: cooperationē patris ⁊ ver-
bi vnigeniti ſeparare nō poſſumꝰ. Ita quoqꝫ ſinguloꝝ in tri
nitate opera trinitas operat̄: vnicuiqꝫ operāte: cooperanti-
bus duobꝰ: cōueniēte in tribus agendi cōcordia: nō in vno
deficiēte efficacia peragēdi. Que cū ita ſint: hinc eſt ꝙ dñs
ieſus in ſpūſancto demones eijcit. Neqꝫ eni et ſolus hoc im-
plere nō poterat: atqꝫ illud adiutoriū tāqꝫ huic operi nō ſuf-
ficiēs aſſumebat: ſed ſpm̄ diuiſum in ſemetipm̄ eo ſpiritu cō
gruebat expelli: quē pater et filiꝰ indiuiſi in ſemetipſis cōi-
ter habent. Sic et pctā qꝛ ꝑter eccleſiā nō dimittūtur: in eo
ſpū dimitti oportebat: quo in vnū eccleſia ꝯgregat̄. Deniqꝫ
ſi queqꝫ extra eccleſiā ſuoꝝ peniteat pctōꝝ: et huiꝰ tāti pec-
cati qđ alienū eſt ab eccleſia dei cor ipenitens habeat: q̄d ei
ꝓdeſt illa penitētia: cū iſto ſolū verbū dicat cōtra ſpm̄ſctm̄:
qđ extraneū eſt ab eccleſia: q̄ accepit hoc donū vt in ea in ſpi
iij. ſen. diſ. ritu ſancto fiat remiſſio pctōꝝ? Quā remiſſionē cū trinitas
xxxvij. ca. faciat: ꝓprie tñ ad ſpm̄ſctm̄ intelligit̄ ꝑtinere. Ipſe eniꝫ eſt
tertiū vo. ſpūs adoptionis filioꝝ in quo clamamus. Abba pater: vt ei
Rom. viij poſſimꝰ dicere. Dimitte nobis debita nr̄a. Et in hoc cogno
Mat. vj. ſcimꝰ: ſicut dicit apl's Johānes: qm̄ xp̄s manet in nobis de
j. Joh. iij. ſpū quē dedit nobis. Ipſe ſpūs teſtimoniū reddet ſpūi nr̄o:
Rom. viij qꝛ ſumꝰ filij dei. Ad ipm̄ eni ꝑtinet ſocietas qua efficimur ī
Phil. ij. vnū corpus vnici filij dei. Vñ ſcriptū eſt. Si qua igit̄ exhor
tatio in xp̄o: ſi qđ ſolatium charitatis: ſi qua ſocietas ſpūs.
Propter hāc ſocietatē illi in quos primitus venit: linguis
oīm gentiū ſunt locuti: qꝛ ꝑ linguas cōſociatio eſt ſocietas
generis humani. Sic oportebat ꝑ linguas oīm gentiū ſigni
ficari iſtā ſocietatē filioꝝ dei et mēbroꝝ xp̄i futurā in oībus
gētibus: vt quēadmodū tūc ille apparebat accepiſſe ſpiritū
ſctm̄ q̄ loquebat̄ linguis oīm gentiū: ita ſe nūc ille agnoſcat
accepiſſe ſpm̄ſctm̄ q̄ tenet̄ vinculo pacis eccleſie: q̄ diffundi
Ephe. iiij tur in oībus gentibus. Vnde dicit apl's. Studētes ſeruare
¶ vnitatē ſpūs in vinculo pacis. Qꝫ autē ſit ipſe ſpūs patris:
Joh. xv. ipſe filiꝰ dicit. De patre ꝓcedit. Et alio loco. Nō enim vos
Mat. x. eſtis q̄ loquimini: ſed ſpūs patris veſtri q̄ loquitur in vobis
Gal. iiij. Qꝫ vo ipſe ſit et ſpūs filij: apl's dicit. Miſit deꝰ ſpm̄ filij ſui
in corda veſtra: clamantē abba pater: hoc eſt clamare faci-
entem. Nos eni clamamꝰ: ſed in illo: id eſt ipſo diffundente

charitatē in cordibꝰ noſtris: ſine qua inaniter clamat q̄cūqꝫ
clamat. Vnde item dicit. Quiſq̄s aūt ſpm̄ xp̄i nō habet: hic Rom. viij
nō eſt eiꝰ. Ad quē ergo in trinitate ꝓprie ꝑtineret huius cō-
munio ſocietatis: niſi ad eū ſpm̄ q̄ eſt patri filioqꝫ cōis? Hūc
ſpm̄ ꝙ illi nō habeant qui ſunt ab eccleſia ſegregati. Judas
apl's aptiſſime declarauit dicēs. Qui ſeipſos ſegregāt: ani- Jude. j.
males: ſpm̄ nō habētes. Vnde in ipſa eccleſia etiā illos qui
per noīa hoīm q̄uis in vnitate eiꝰ cōſtitutorū q̄dā ſciſmata
moliebātur. Paulus apl's arguens inter cetera ait. Aialis j. Cor. ij.
autē hō nō ꝑcipit q̄ ſunt ſpūs dei: ſtultitia eni eſt illi ⁊ nō po
teſt intelligere qm̄ ſpiritaliter diiudicat̄. Oſtēdit q̄d dixerit
Nō ꝑcipit. i. ſciam nō capit vbi. Hos in eccleſia cōſtitutos
paruulos dicit: nōdū ſpiritales ſed adhuc carnales: et lacte
alēdos nō eſca. Quaſi paruulis (inq̄t) ī xp̄o lac vobis potū j. Cor. iij
dedi nō eſcā. Nōdū eni poteratis: ſed nec adhuc quidē pote
ſtis. Vbi dicit̄. Nōdū vel nō adhuc: ꝑfecto nō deſperat̄: ſed
eo tendit̄ vt ſit aliq̄n qđ nondū eſt. Adhuc eni eſtis (inquit)
carnales. Et oſtēdens vnde ſint carnales. Cū eni ſit (inq̄t)
inter vos emulatio: nōne carnales eſtis: ⁊ ſm̄ carnē ambula-
tis? Atqꝫ idipſum planꝰ aperiēs. Cū eni q̄s dicat. Ego (in
quit) ſum pauli: aliꝰ autez apollo: nōne hoīes eſtis? Quid ḡ
eſt apollo? Quid aūt paulꝰ? Miniſtri xp̄i ꝑ quos credidiſtis
Hi ergo. i. paulꝰ et apollo: cōcordes erāt in vnitate ſpūs: in
vinculo pacis: et tñ qꝛ eos iſti inter ſe diuidere / ⁊ ꝓ altero in
flari aduerſus alterū ceperāt: dicuntur et hoīes carnales et
aīales: nō valētes ꝑcipere q̄ ſunt ſpūs dei. Et tñ qꝛ non ſunt
ab eccleſia ſegregati: paruuli appellātur in xp̄o: quos vtiqꝫ
vel angelos / vl' deos eſſe cupiebat quos arguebat: qꝛ hoīes
erāt. i. in his cōtentionibꝰ non q̄ dei ſunt: ſed q̄ hoīm ſunt ſa-
piebāt. De illis vo qui ſunt ab eccleſia ſegregati: nō dictum
eſt: ea q̄ ſunt ſpūs nō ꝑcipiētes: ne ad ſciētie perceptionē re
ferrent̄: ſed dictū eſt: ſpm̄ nō habētes. Nō eſt autē cōſequēs
vt q̄ habet etiā ſciēdo ꝑcipiat qđ habet. Habēt ergo iſtum
ſpm̄ in eccleſia ꝯſtituti paruuli in xp̄o: adhuc aīales: adhuc
carnales: q̄d habeāt ꝑcipere nō valētes. i. intelligere ⁊ noſſe
Nā quō eſſent paruuli in xp̄o: niſi renati ex ſpūſancto? Nec
mirū videri debet ꝙ q̄ſqꝫ aliq̄d habet: et qđ habet ignorat.
Vt eni taceā de oīpotētis diuinitate atqꝫ incōmutabilis
trinitatis vnitate: q̄s facile ſcientia ꝑcipit q̄d ſit aīa / ⁊ quis
nō habet aīam? Poſtremo (vt certiſſime nouerimꝰ) ꝙ par- ij.
uuli in xp̄o nō ꝑcipiētes q̄ ſunt ſpūs dei: habent tñ ſpm̄ dei:
paulopoſt intueamur quēadmodū eoſipſos increpans ait.
Neſcitis qꝛ templū dei eſtis: et ſpūs dei habitat in vobis? vbi ſu
Hoc vtiqꝫ nullo modo diceret ab eccleſia ſegregatis: q̄ di- ¶
cti ſunt: ſpm̄ nō habētes. Sed nec ille dicendus eſt eſſe in ec-
cleſia: et ad iſtā ſocietatē ſpūs ꝑtinere: q̄ ouibꝰ xp̄i corpora-
li tm̄ cōmixtione ficto corde miſcet̄. Sanctꝰ eni ſpiritꝰ diſci Sap. j.
pline fugiet fictū. Quapropter q̄cūqꝫ in ſciſmaticis vel here
ticis cōgregationibꝰ / vel potiꝰ ſegregationibꝰ renati bapti
zātur: q̄uis nō ſint ſpū: tanqꝫ hiſmaeli ſimiles q̄ ſm̄ carnez Gal. iiij.
natꝰ eſt abrahe: nō ſm̄ iſaac q̄ ſm̄ ſpm̄ qꝛ ꝑ repromiſſionē: tñ
cū ad catholicā fidē veniūt / ⁊ ſocietati ſpūs aggregant̄: quē
foris ꝓculdubio nō habebāt: nō eis repetit̄ lauacrū carnis
Nō eni defuit etiā foris poſitis iſta forma pietatis: ſed ac-
cedit eis q̄ niſi intus nō pōt dari vnitas ſpūs in vinculo pa-
cis. Tales q̄ppe erāt anteqꝫ catholici eſſent: de qualibꝰ dic
apl's. Habētes formā pietatis: virtutē autē eiꝰ abnegātes. ij. Tim. iij
Poteſt eni eſſe viſibilis forma palmitis etiā preter vitē: ſz
inuiſibilis vita radicis haberi nō poteſt niſi in vite. Proin j. q. j. corpo
de corporalia ſacramēta q̄ portāt et celebrāt etiā ſegregati ralia.
ab vnitate corporis xp̄i: formaz poſſunt exhibere pietatis.
Virtꝰ eni pietatis inuiſibilis ⁊ ſpiritalis: ita in eis nō pōt
eſſe: quēadmodū ſenſus nō ſequit̄ hoīs mēbrū qñ amputat̄
a corpore. Que cū ita ſint: remiſſio pctōꝝ qm̄ non dat̄ niſi in
ſpūſctō: in illa eccleſia tātūmodo dari pōt: q̄ habet ſpm̄ſctm̄.
Hoc eni fit remiſſione pctōꝝ: ne ꝑnceps peccati ſpūs q̄ in ſe
ipſum diuiſus eſt regnet in nobis: vt eruti a poteſtate ſpūs
immūdi: tēplū deinceps efficiamur ſctī ſpiritꝰ: ⁊ a quo mun
damur accipiēdo indulgētiā: ipſum accipiamꝰ habitatorē
ad faciendā: augēdam: ꝑficiendāqꝫ iuſtitiā. Nā et in primo Actuū. ij.
eiꝰ aduētu cū hi q̄ eū acceperāt linguis oīm gentiū loq̄rent̄
et ſtupentes eos q̄ aderāt alloqueret̄ apl's petrus: cōpuncti
ſunt corde: ⁊ dixerunt ad petruz / et ad apl'os. Quid ergo fa-
ciemꝰ fratres: mōſtrate nobis? Et dixit petrꝰ ad eos. Agite

penitentiã:et baptizet᷑ vnuſqſq₃ veſtrũ in noĩe ieſu xp̃i in re-
miſſionẽ pctõꝝ:⁊ accipietis donũ ſpũſſancti. Utiq₃ in eccle
ſia vtrũq₃ factũ.i.et pctõꝝ remiſſio:et doni huiꝰ acceptio in
qua erat ſpũſſanctꝰ. Ideo autẽ in noĩe ieſu xp̃i:q꞉ cũ eundẽ
Joh.xiiij. ſpm̃ſctm̃ ꝓmitteret:quẽ mittit (inq̃t) pater in nomine meo.
Neq₃ enĩ habitat in quoq₃ ſpũſſanctꝰ ſine patre ⁊ filio:ſicut
nec filiꝰ ſine patre ⁊ ſpũſctõ:nec ſine illis pater. Inſeparabi
lis q̃ppe eſt habitatio quoꝝ ĩſeparabilis operatio:ſed ſigil-
latim pleriq₃ ꝑ creature ſignificationes nõ ꝑ ſuã ſubſtantiã
demõſtrant᷑:ſicut ſua tẽpoꝝ ſpacia ſyllabis occupãtibꝰ ſepa
ratim voce ꝓnũciant᷑:nec tñ a ſeipſis vllis interuallis/ mo-
mẽtiſq₃ tẽporũ ſeparant᷑. Nõ enĩ vnq̃ dici poſſunt ſimul:cũ
eſſe nõ poſſunt niſi ſemꝑ ſimul. Sed vt iã non ſemel dixĩmꝰ:
ideo remiſſio pctõꝝ quã in ſe diuiſi ſpũs euertit᷑ et expellit᷑
regnũ:ideo ſocietas vnitatis eccleſie dei extra quã nõ fit ip
ſa remiſſio pctõꝝ:tanq̃ ꝓpriũ eſt opus ſpũſſancti:patre ſa-
ne et filio cooperãtibꝰ:q꞉ ſocietas eſt quodãmodo patris et
filij ipſe ſpũſſanctꝰ. Nã pater nõ cõmuniter habet᷑ pater a fi
lio et ſpũſctõ:q꞉ nõ eſt pater amboꝝ. Et filiꝰ nõ cõiter habet᷑
filiꝰ a patre et ſpũſctõ:q꞉ nõ eſt filius amboꝝ. Spũs aũt ſan-
ctus cõiter habet᷑ a patre et filio:q꞉ ſpũs eſt vnus amboꝝ.
Quiſq̃s igit᷑ reus fuerit ĩpenitẽtie cõtra ſpm̃ in quo vnitas
et ſocietas cõmunionis cõgregat᷑ eccleſie:nũq̃ illi remittet᷑
q꞉ hoc ſibi clauſit vbi remittit᷑:et merito dãnabit᷑ cum ſpũ q̃
in ſeipſum diuiſus eſt:diuiſus et ipſe cõtra ſpm̃ſctm̃ q̃ in ſe-
R ipſum diuiſus nõ eſt. Hoc ipſum ⁊ euãgelica teſtimonia nos
admonẽt:ſi ea ꝑſcrutamur attẽtius. Nã et ſm̃ lucã quidem
nõ ibi hec dicit dñs:vbi reſpõdet eis q̃ dixerũt ꝙ in pꝛĩcipe
demonioꝝ eijcit demones:nõ ei remitti q̃ blaſphemauerit
in ſpm̃ſctm̃. Unde apparet nõ ſemel a dño dictũ hoc:ſed ibi
quoq₃ nõ negligẽter pretereũdũ quo loco dictũ ſit. Loq̃bat᷑
enĩ de his q̃ eũ cõfeſſi eſſent vel negarẽt corã hominibꝰ:vbi
Luce.xij. ait. Dico autẽ vobis:quicũq₃ cõfeſſus fuerit me corã homi-
nibus:et filiꝰ hoĩs cõfitebit᷑ illũ corã angelis dei. Qui autẽ
negauerit eũ corã hoĩbus:denegabit᷑ coram angelis. Et ne
ex hoc apl̃i petri deſperaret᷑ ſalus q̃ eũ corã hominibꝰ ter ne
gauit:cõtinuo ſubiecit. Et oĩs q̃ dicit verbũ in filiũ hoĩs re
mittet᷑ ei:ei autẽ q̃ in ſpm̃ſctm̃ blaſphemauerit nõ remittet᷑:
illa ſc₃ blaſphemia cordis ĩpenitẽtis qua reſiſtit᷑ remiſſioni
peccatoꝝ q̃ fit in eccleſia ꝑ ſpm̃ſctm̃. Quã blaſphemiã petrꝰ
Mat.xxvj nõ habuit quẽ mox penituit q̃ñ amare fleuit:victoq₃ ſpũ qui
in ſeipſum diuiſus eſt:et q̃ eũ vexãdũ popoſcerat:cõtra quẽ
Luce.xxij ꝓ illo dñs rogauit ne deficeret fides eius. Accepit etiã ipm̃
cui nõ reſtitit ſpm̃ſctm̃:vt nõ ſolũ ei remitteret᷑ pctm̃:ſed per
eũ p̃dicaret᷑ et daret᷑ remiſſio pctõꝝ. Apud duos autẽ alios
euãgeliſtas qđ narrat᷑ vt de blaſphemia ſpũs hec ſententia
diceret᷑:cauſa extitit ex cõmemoratione ſpũs ĩmũdi:q̃ in ſe-
ipſum diuiſus eſt. Dictũ enĩ erat de dño:ꝙ in pꝛĩcipe demo
niorum eijceret demones. Ipſe ſe dñs ait in ſpũſctõ eijcere
demones:vt ſpũs q̃ nõ eſt in ſe diuiſus:eũ q̃ in ſe diuiſus eſt
vincat atq₃ eijciat. Ille autẽ hõ in eiꝰ ꝑditione maneat:q̃ in
huiꝰ qui in ſe diuiſus nõ eſt pacẽ ꝑ ĩpenitentiã trãſire detra
Marci.iij ctat. Hoc enĩ marcꝰ ita narrat. Amẽ dico vobis:q꞉ oĩa di-
mittũtur hoĩbus pctã et blaſphemie quibꝰ blaſphemauerĩt
qui autẽ blaſphemauerit in ſpm̃ſctm̃ nõ habet remiſſionẽ in
eternũ:ſed reus erit eterni delicti. Hec ỽba dñi cũ dixiſſet:
ſua deinde cõiunxit dicẽs:q̃m̃ dicebãt ſpm̃ immũdũ habet:
vt oſtẽderet hinc fuiſſe exoꝛtã cauſam:vt hoc diceret:eo ꝙ
dixiſſent eũ in beelzebub p̃ncipe demonioꝝ demones pelle
re:nõ q꞉ eſſet blaſphemia q̃ nõ remittit᷑:cũ et hec remittat᷑ ſi
recta penitẽtia cõſequat᷑:ſed ꝙ hinc (vt dixi) cauſa extitit:
vt a dño illa ſentẽtia ꝓferret᷑:facta mẽtione ſpũs immundi
quẽ aduerſum ſeipſum diuiſum dñs oſtẽdit ꝓpter ſpm̃ſctm̃:
q̃ nõ ſolũ aduerſum ſe diuiſus nõ eſt:ſed etiã quos colligit ef
ficit indiuiſos:pctã q̃ aduerſum ſe diuiſa ſunt dimittendo:
eoſq₃ mũdatos inhabitãdo:vſit queadmodũ ſcriptũ eſt in
Actuũ.iiij actibꝰ aplõꝝ:Multitudinis credẽtiũ coꝛ vnum et aĩa vna.
Cui dono remiſſionis nõ reſiſtit:niſi q̃ duriciã cordis ĩpe-
nitẽtis habuerit. Nã et alio loco dixerũt iudei de dño:ꝙ de
Joh.viij. moniũ haberet:nec tñ ibi aliq̃d dixit de blaſphemia ſpũſſan
cti:q̃m̃ nõ ita obiecerit ſpm̃ ĩmũdũ:vt in ſe diuiſus ex oꝛe ip
ſoꝛũ poſſit oſtẽdi:ſicut beelzebub a quo eijci demones poſſe
dixerũt. In hac ỽo lectione ſm̃ mattheũ multo manifeſtiꝰ
aperuit dñs qđ hic vellet intelligi.i.ꝙ ipſe dicat verbũ ꝯtra

ſpm̃ſctm̃ qui vnitati eccleſie coꝛde impenitẽti reſiſtit:vbi in
ſpũſancto fit remiſſio pctõꝝ. Hũc enĩ ſpm̃ nõ habẽt:vt iam S
dictũ eſt:qui etiã xp̃i ſacramẽta poꝛtãtes atq₃ tractãtes:ab
eiꝰ cõgregatione ſeiuncti ſunt. Nã vbi dixit de diuiſione ſa
thane aduerſus ſathanã:ꝙ ipſe in ſpũſancto eijceret demo-
nes:vtiq₃ in ſpũ q̃ nõ eſt aduerſus ſeipſum:ſicut ille diuiſus
ibi cõtinuo ne ꝑ illos q̃ ſub noĩe xp̃i extra eiꝰ ouile cõuẽticu
la ſua cõgregant:quiſq₃ putaret etiã regnũ xp̃i aduerſum ſe
eſſe diuiſum. Qui nõ eſt mecũ (inq̃t) cõtra me eſt:et q̃ nõ cõ Mat.xij.
gregat mecũ ſpargit:vt illos oſtẽderet ad ſe nõ ꝑtinere:q̃ ex
tra cõgregãdo nollent cõgregare ſed ſpargere. Deinde ſub-
iunxit. Ideo dico vobis:oĩe pctm̃ et blaſphemia remittet᷑
hoĩbus:ſpũs autẽ blaſphemia non remittet᷑. Quid eſt hoc?
Ideo ſola ſpũs blaſphemia nõ remittet᷑:q̃m̃ q̃ nõ eſt cũ xp̃o
cõtra ipm̃ eſt:et q̃ cũ illo nõ congregat ſpargit? Ideo vtiq₃.
Qui enĩ non cum illo cõgregat:quomodolibet ſub eiꝰ noĩe
cõgreget nõ habet ſpm̃ſctm̃. Hic oĩno:hic cõpulit nos non
alibi intelligere fieri remiſſionẽ oĩs peccati:omiſq₃ blaſphe
mie:niſi in xp̃i cõgregatione q̃ nõ ſpargit. Cõgregat᷑ q̃ppe
in ſpũſancto q̃ nõ eſt ꝯtra ſeipſum diuiſus:ſicut ille ĩmũdus
ſpũs. Et ꝓpterea oẽs ꝯgregationes vel potiꝰ diſperſiones
que ſe xp̃i eccleſias appellãt:et ſunt iter ſe diuiſe atq₃ cõtra-
rie vt vnitatis cõgregationi q̃ vera eſt eccleſia eiꝰ inimice:
nõ q꞉ videtur eiꝰ habere nomen:iccirco ꝑtinent ad eiꝰ ꝯgre
gationẽ. Pertinerẽt autẽ ſi ſpũſſanctꝰ in quo ſociat᷑ hec cõ-
gregatio aduerſus ſeipſum diuiſus eſſet. Hoc autẽ q꞉ nõ eſt
qui enĩ nõ eſt cũ xp̃o cõtra ipſum eſt:et q̃ cũ illo nõ cõgregat
ſpargit:ideo pctm̃ oĩe atq₃ oĩs blaſphemia dimittet᷑ homi
nibꝰ in hac cõgregatione quã in ſpũſctõ et nõ aduerſus ſeip
ſum diuiſo cõgregat xp̃s. Ipſiꝰ autẽ ſpũs blaſphemia illa q̃
fit vt coꝛde ĩpenitẽti huic tãto dei dono vſq₃ in finẽ vite iſtiꝰ
reſiſtat᷑:nõ remittet᷑. Nã et ſi quiſq₃ ita ſit cõtrariꝰ veritati:
vt deo loquẽti non ꝑ ꝓphetis ſed vnico filio:cũ ꝓpter nos eũ
vt nobis in eo loq̃ret᷑ filiũ hoĩs eſſe voluit reluctet᷑:remittet᷑
ei:cũ penitẽdo cõuerſus fuerit ad dei benignitatẽ:q̃ cũ moꝛ Ezech.
tẽ impij nollet quãtu₃ vt reuertat᷑ et viuat:dedit eccleſie ſue xxxiij.
ſpm̃ſctm̃:vt cuicũq₃ in eo pctã dimitteret:dimitterentur ei.
Qui vero huic dono extiterit inimicꝰ:vt nõ illud ꝑ peniten-
tiam petat:ſed ei ꝑ ĩpenitẽtiã ꝯtradicat:fit irremiſſibile:nõ
quodcũq₃ pctm̃ ſed cõtẽpta vel oppugnata ipſa remiſſio pec
catoꝛũ:atq₃ ita dicit᷑ verbũ cõtra ſpm̃ſctm̃ cũ ex diſperſione j.q.j.ita fit.
ad cõgregationẽ nunq̃ venit᷑:q̃ ad remittenda pctã accepit
ſpm̃ſctm̃. Ad quã congregationẽ etiã ſi ꝑ malũ clericũ ſed tñ
catholicũ miniſtrũ reprobũ ⁊ fictũ aliq̃s acceſſerit coꝛde nõ
ficto:in ipſo ſancto ſpũ remiſſionẽ accepit pctõꝝ:qui ſpũs in j.q.j.ſpiri-
ſctã eccleſia etiã iſto tẽpoꝛe quo velut area cũ palea triturat᷑ tuſſctũs.
ſic operat᷑ vt nulliꝰ verã ꝯfeſſionẽ aſpernet᷑:nulliꝰ ſimulatio
ne fallat᷑:atq₃ ita reprobos fugiat vt etiã ꝑ eoꝝ miniſterium
pꝛobos colligat. Unũ ergo ſuffugiũ eſt:ne ſit irremiſſibilis
blaſphemia coꝛ ĩpenitẽs caueat᷑:nec aliter penitẽtia ꝓdeſſe
credat᷑:niſi vt teneat᷑ eccleſia vbi remiſſio pctõꝝ dat᷑:et ſocie
tas ſpũs in pacis vinculo cuſtodit᷑. Ut potui difficillimã q̃-
ſtionẽ:ſi tñ aliquatenꝰ potui (dño miſerãte atq₃ adiuuãte)
tractaui:quicq̃d tñ in eiꝰ difficultate apprehẽdere nõ potui
nõ imputat᷑ ipſi ỽitati q̃ ſalubriter pios etiã cũ occultat᷑ ex-
erceat:ſed infirmitati mee q̃ vel intelligẽda ꝯſpicere/ vel in
tellecta explicare nõ potui. De his autẽ q̃ foꝛte potuimꝰ ⁊ co
gitãdo ĩueſtigare/et dicẽdo expedire:illi ſunt agẽde gratie
a quo queſiuimꝰ:a quo petiuimus:ad quẽ pulſauimꝰ:vt ha
beremus vnde et nos meditando aleremur:et vobis loquẽ-
do miniſtraremus.

## ¶ De eo qđ ſcriptũ eſt in euãgelio ſm̃ eũdẽ. Aut facite arboꝛẽ bonã ⁊ fructũ eiꝰ bonũ ⁊ cetera:vbi etiã multa interſerit de bonitate ꝯſcientie quam largiſſime declarat. Sermo.xij.

ADmonuit nos dñs nr̃ ieſus xp̃s vt bone arboꝛes
ſimꝰ:⁊ fructus bonos habere poſſimꝰ. Ait enim. A
[Aut facite arboꝛẽ bonã ⁊ fructũ eiꝰ bonũ:aut fa Mat.xij.
cite arboꝛẽ malã et fructũ eiꝰ malũ. De fructu enĩ
meliorẽ: q: nõ auferetur ab ea. A te auferet̃ aliq̃n onus neceſ
ſitatis: eterna eſt dulcedo veritatis. Nõ auferet̃ ab ea q̃d ele
git. Nõ auferet̃: ſed tamẽ auget̃. In hac vita auget̃: ĩ alia vi-
ta perficietur: nunq̃3 auferet̃. Ceterũ tu martha pace tua di-
xerim: in bono miniſterio benedicta: pro iſto labore tuo mer
cedẽ queris quietẽ: mõ occupata es circa multũ miniſteriũ.
paſcere vis mortalia corpa: lic3 ſctõrum. Nunq̃d cũ veneris
ad illã patriã inuenies peregrinũ quem ſuſcipias hoſpitio?
Inuenies eſurientẽ cui panẽ frangas: ſitientem cui potum
porrigas: egrũ quẽ viſites: litigantẽ quẽ ꝯcordes: mortuum
quẽ ſepelias? Q̃d maria elegit: ibi paſcimur: nõ paſcim⁹. Id
hoc ibi erit plenũ atq3 perfectũ: q̃d hic elegit maria. De illa
menſa opulẽta: de verbo dñi micas colligebat. Nã vult(ĩ) noſ-
ſe quid ibi erit? Dñs ipſe dicit ſeruis ſuis. Amen dico vobis: Luce. xij.
q: facit eos recũbere: et tranſibit ⁊ miniſtrabit illis. Recum
bere quid eſt: niſi vacare? Recũbere quid eſt: niſi requieſce-
re? Quid eſt tranſibit et miniſtrabit illis? Prius tranſibit:
et ſic miniſtrat. Sed vbi? In illo cõuiuio ſup̃no de quo dicit
Amẽ dico vobis: multi ab oriente ⁊ occidẽte veniẽt: ⁊ recum Mat. viij.
bent cũ abrahã: iſaac ⁊ iacob in regno celorũ. Ibi dñs paſcit
ſed prius hinc tranſit. Nam vt noueritis: paſcha tranſit⁹ int̃-
pretat̃. Venit dñs: fecit diuina: paſſus eſt humana. Nunq̃d
adhuc ꝯſpuit̃? Nunq̃d adhuc expalmat̃? Nunq̃d adhuc ſpi
nis coronat̃? Nunquid adhuc flagellat̃? Nunq̃d adhuc cru-
cifigit̃? Nunquid adhuc lancea vulnerat̃? Trãſiuit. Deniq̃3
et euangeliũ ſic loquit̃: q̃n paſca fecit cũ diſcipul' ſuis. Quid
dicit euãgeliſta? Cũ aũt veniſſ3 hora vt ieſus trãſiret de hoc Joh. xiij.
mũdo ad patrẽ. Ergo ille tranſiuit vt paſcat: nos ſequamur
vt paſcamur.

## De eiſdem de quibus ſupra. Sermo. xxviij. in quo de vita actiua ac contemplatiua plura exponit.

Sanctũ euãgeliũ cũ legeret̃: audiuim⁹ a femina re A
ligioſa ſuſceptũ eſſe dñ3 hoſpitio: eaq̃3 martha vo- Luce. x.
cabatur. Et cũ eſſet ipſa occupata in cura miniſtrã
di: ſoror eius maria ſedebat ad pedes dñi et audi-
ebat verbũ ei⁹. Laborabat illa: vacabat iſta. Illa erogabat
hec iplebat̃. Verũtamẽ martha laborans multũ in illa occu
patione et negocio miniſtrandi interpellauit dñm et de ſoro
re ſua ꝯqueſta eſt q̄ eã laborantẽ nõ adiuuaret. Dñs aũt pro
maria reſpondit marthe: et ipſe eius factus eſt aduocat⁹ qui
iudex fuerat interpellatus. [Martha (inquit) circa m̃lta es
occupata: q̃n vnũ eſt neceſſariũ. Maria meliorẽ partẽ elegit
que non auferet̃ ab ea.] Audiuim⁹ eñ interpellationẽ inter-
pellantis: ⁊ ſententiã iudicis. Que ſñia interpellãti reſpõdit
ſuſceptam defendit. Erat eñ maria intenta dulcedini verbi
dñi: intẽta erat martha quõ paſceret dñm: intẽta maria quo-
modo paſceret̃ a dño. A martha cõuiuiũ dño parabat̃: in cu-
ius cõuiuio maria iã iocũdabatur. Cũ ergo maria ſuauiter
audiret verbũ dulciſſimũ ⁊ corde intentiſſimo paſceret̃: int̃-
pellato dño a ſorore ſua: quõ putamus eam timuiſſe: ne dice
ret ei dñs. Surge et adiuua ſororẽ tuã? Mira eñ ſuauitate
tenebatur: q̃ ꝑfecto maior eſt mentis q̃3 ventris. Excuſata ẽ
ſedit ſecurior. Quõ aũt excuſata eſt attendamus: inſpiciam⁹
perſcrutamur q̃d poſſumus. Paſcamur et nos. Quid enim?
Putam⁹ nos reprehenſum eſſe miniſteriũ marthe quã cura
hoſpitalitatis occupauerat: q̃ ip̃m dñm hoſpitio receperat?
Quõ recte reprehendebatur: q̃ tãto hoſpite letabat̃? Hoc ſi
verũ eſt: dimittãt hoĩes q̄ miniſtrent gentibus: eligant ſibi
partẽ meliorẽ q̃ nõ auferet̃ ab eis: vacent verbo: inhient do-
ctrine dulcedini: occupent̃ circa ſcientiã ſalutarem: nihil eis
cure ſit quiſq̃3 peregrinus in vico ſit: q̃s egeat pane: quis idu
mento: quis viſitandus: quis redimendus: quis ſepeliẽdus
vacent opera miſericordie: vni inſtetur ſcientie. Si melior
pars eſt: cur nõ oẽs hoc faciunt: q̃n ip̃m dñm in hac cauſa pa
tronũ habemus? Non eñ timemus in hac re: ne offendam⁹
eius iuſticiã: cũ patronã teneamus eius ſñiam. Et tñ ita nõ
eſt: ſed ſicut dixit dñs ita eſt. Quõ intelligis non eſt: eſt autẽ
quõ intelligere debeas. Ecce aduerte. Circa multa es occu
pata: q̃n vnũ eſt neceſſariũ. Maria meliorẽ partẽ elegit. Nõ
tu malã: ſed iſta meliorẽ. S3 vnde meliorẽ? Q: tu circa mul-
ta: illa circa vnũ. Preponit̃ vnũ multis. Non eñ a mult(ĩ) vnũ B
ſed multa ab vno. Multa ſũt q̃ facta ſũt: vn⁹ q̃ fecit celũ: mare
et oĩa q̃ in eis ſunt. Q̃ multa ſũt: q̃s iſta enumeret? Quis ho
rum multitudine3 cogitet? Quis hoc fecit? Deus oĩa. Ecce Gen. j.
bona valde. Bona valde q̃ fecit: quanto melior ille eſt q̃ fecit
Attendamus igitur occupationes nr̃as circa multa: neceſſa
riũ eſt miniſteriũ corpa refecturis. Quare hoc? Q: eſuritur
q: ſitit̃: mĩa miſeris neceſſaria eſt. Frãgis panẽ eſurienti: q:
inueniſti eſurientem. Tolle famẽ: cui frangis pane3? Tolle
peregrinationẽ: cui exhibes hoſpitalitatẽ? Tolle nuditatẽ:
cui preparas veſtem? Nõ ſit egritudo: quem viſitas? Nõ ſit
captiuitas: quẽ redimis? Nõ ſit rixa: quẽ ꝯcordas? Non ſit
mors: quẽ ſepelis? In illo ſeculo futuro nõ erũt iſta mala: er-
go nec iſta miniſteria. Bene ergo martha circa corporalem
dñi: q̃d dicã: neceſſitatẽ an volũtatẽ: miniſtrabat carni mor-

Johã.j. tali. Sed quis erat in carne mortali? In principio erat ver-
bum: ⁊ verbũ erat apud deũ: et deus erat verbũ. Ecce ꝙ ma-
ria audiebat. Verbũ caro factũ eſt: ⁊ habitabit in nobis. Ec
ce martha cui miniſtrabat. Ecce maria meliorẽ partẽ elegit
ꝗ nõ auferet ab ea. Hoc eñ elegit qđ ſemꝑ manebit: ideo nõ
Pſ.lxxij. auferet ab ea. Circa vnũ ſe voluit occupari: iã tenebat. Mi-
hi aũt adherere deo bonum eſt. Sedebat ad pedes capitis
noſtri. Quanto humilius ſedebat: tanto amplius capiebat.
Cõfluit eñ aqua ad humilitatẽ ↄuallis: denatat de tumori-
bus collis. Nõ ergo dñs opus reprehendit: ſed munus diſti
xit. Circa multa es occupata: porro vnũ eſt neceſſariũ. Jam
hoc ſibi maria elegit. Tranſit labor multitudinis: et rema-
net charitas vnitatis. Ergo qđ elegit nõ auferet ab ea: a te
autẽ qđ elegiſti vtiqꝫ hoc ſequit: vtiqꝫ hoc ſubintelligit: a te
qđ elegiſti auferetur. Sed bono tuo auferetur: vt quod me-
C liuſ eſt detur. Auferetur enim a te labor vt requies detur.
Tu nauigas: illa iam in portu eſt. Videtis ergo chariſſimi
⁊ quantum arbitror iam intelligitis: in his duabus mulieri
bus ꝗ ambe fuerunt dño grate: ambe amabiles: ambe diſci-
pule. Videtis ergo ⁊ magnũ aliquid intelligitis ꝗcũqꝫ intel
ligitis: qđ audire et ſcire debetis etiã ꝗ nõ intelligitis: ĩ his
duabus mulierib⁹: duas vitas eſſe figuratas: preſentẽ et fu
turã: laborioſã et quietã: erũnoſam et beatã: tẽporalẽ et eter
nã. Due ſunt vite: de illis vos copioſius cogitate. Quid ha-
beat hec vita nõ dico mala: non iniqua: nõ nefaria: nõ luxuri
oſa: nõ impia: ſed laborioſa: erumnis plena: timoribus caſti
gata: tentationib⁹ ſollicita: hanc ipſam innocentẽ vitã dico
qualẽ decebat habere marthã: hanc ergo quantũ poteſtis ĩ-
ſpicite: ⁊ de hac vt dixi copioſius ꝙ loquimur cogitate. Vi
ta vero iniꝗ aberat ab illa domo: nec cũ martha erat: nec cũ
maria. Et ſi aliqñ fuit: dño intrante fugit. Remãſerũt ergo ĩ
illa domo ꝗ ſuſceperat dñm in duab⁹ feminis due vite: ambe
innocentes: ambe laudabiles. Vna laborioſa: altera ocioſa:
nulla facinoroſa: nulla deſidioſa. Ambe innocentes: ambe ĩ-
quã laudabiles: ſꝫ vna laborioſa: altera ocioſa: nulla facino-
roſa: quã cauere debet laborioſa: nulla deſidioſa: quã caue-
re dꝫ ocioſa. Erant ergo in illa domo iſte due vite: ⁊ ipſe fons
vite. In martha erat imago preſentiũ: in maria futurorum.
Qđ agebat martha ibi ſum⁹: qđ agebat maria hoc ſperam⁹
Hoc agam⁹ bene vt illud habeam⁹ plene. Nã ꝗd inde habe-
mus? Inquãtum habem⁹? Mediu hic ſum⁹: quantũ eſt qđ in-
de habemus? Nã et mõ inde aliꝗd agim⁹: remoti a negoci-
is: ſepoſitis familiaribus curis: conueniſtis: ſtatis: auditis.
Inquãtũ h̃ agitis: marie ſimiles eſtis. Et facilius vos intẽ
ditis qđ agit maria ꝙ ego ꝗ prerogo. Si ꝗd tñ dico: xp̃i eſt.
Jđ vos paſcit: qꝛ xp̃i: qꝛ panis cõis ẽ: vñ et ego vobiſcũ viuo
Nũc aũt viuim⁹: ſi vos frẽs ſtatꝭ ĩ dño. Nolo ĩ nobis ſꝫ ĩ dño
j.Cor.iij. qꝛ neqꝫ ꝗ plantat eſt aliꝗd neqꝫ ꝗ rigat: ſꝫ ꝗ ĩcremẽtũ dat de⁹

**¶ De eo quod ſcriptum eſt in euangelio ſꝫm eun-
dem. Dñe doce nos orare. Sermo. xxviij.**

A
Luce.xj. Apoſtoli ſcti dicebãt ad dñm ieſum. [Domĩe doce
nos orare: ſicut iohẽs docuit diſcipl'os ſuos. Tũc
ait dñs orationẽ. Pater noſter ꝗ es in celis ſctifi-
cetur nomẽ tuũ. Adueniat regnũ tuũ:] per totum.
Vides ꝙ breuis oratio: et oĩm plena virtutũ. Primus ſer-
mo: quante ſermo gr̃e. O hõ: faciẽ tuã nõ audebas ad celum
attollere: oculos tuos in terrã dirigebas: et ſubito accepiſti
gratiã xp̃i. Oĩa tibi pctã dimiſſa ſunt. Ex malo ſeruo: fact⁹
es bonus filius. Jđ preſume non de opatione tua: ſed de xp̃i
Ephe.ij. gr̃a. Gratia eñ ſaluati eſtis: apl's ait. Nõ ergo h̃ arrogantia
eſt ſed fides: predicare qđ acceperis: nõ eſt ſupbia ſꝫ deuo-
tio. Ergo attolle oculos ad patrẽ: ꝗ te ꝑ lauacrũ genuit: ad
patrẽ ꝗ per filiũ te redemit: ⁊ dic. Pater nr̃. Bona preſũptio
ſed moderata. Patrẽ dicis: quaſi filius: ſꝫ noli tibi aliquid
ſpecialiter vendicare. Solius xp̃i ſpecialis eſt pater: nobis
omib⁹ in cõe eſt pater: qꝛ illũ ſolũ genuit: nos creauit. Dic er
go et tu per gratiã. Pat noſter: vt filius eſſe merearis eccl'ie
Cõtuitu ⁊ ↄſideratiõe teipſm cõmenda. Pat nr̃ ꝗ es in celis
Pſ.lvj. Quid eſt in celis? Audi ſcripturã dicentẽ. Excelſus ſup oẽs
celos dñs. Et vbiqꝫ habes ꝙ ſup celos celorũ dñs ſit: quaſi ñ
in cel' ⁊ angeli: quaſi nõ in celis et dñationes: ſꝫ in celis ill' de
Pſ.xviij. quib⁹ dictũ eſt. Celi enarrãt gl'iam dei. Celũ ẽ: vbi culpa ceſ
ſauit. Celũ ẽ: vbi flagitia nõ ſũt. Celũ ẽ: vbi nullũ mortis vul

nus eſt. Pater noſter qui es in celis: ſanctificet nomen ſctm̃
tuũ in nobis. Quid eſt ſanctificet? Quaſi optem⁹ vt ſctificet
ille ꝗ ait. Eſtote ſcti: qꝛ et ego ſctũs ſum: quaſi aliꝗd ei ex no- Leuit.xix
ſtra predicatione ſctificatiõis accedat? Nõ. Sꝫ ſctificetur ĩ
nobis: vt ad nos poſſit eius ſctificatio ꝑuenire. Pat nr̃ ꝗ es
in celis ſctificet nomẽ ſctm̃ tuũ in nobis: adueniat regnũ tuũ
Quaſi nõ ſempiťnum ſit dei regnũ: ipſe dñs dicit. Ego ĩ hoc Joh.xviij
natus ſum: et tu dicis: pater veniat regnũ tuũ: quaſi nõ vene
rit? Sꝫ tũc venit regnũ dei: qñ eſtis grãm ei⁹ cõſecuti. Ipſe
eñ ait. Regnũ dei intra vos eſt. Veniat regnũ tuũ: fiat volũ- Luc.xvij.
tas tua ſicut in celo et in terra. Panẽ noſtrũ quotidianũ da
nobis hodie. Sanguine xp̃i pacificata ſũt oĩa: vel in celo vel Col'.j.
in terra. Sctificatũ eſt celũ: deiect⁹ eſt diabolus. Ibi verſat
vbi et hõ quẽ ille decepit. Fiat volũtas tua: hoc eſt ſit pax in
terra: quẽadmodũ in celo. Panẽ nr̃m quotidianũ da nobis
hodie. Memini ſermõis mei. Cũ de ſacramentis tractarem B
dixi vobis ꝙ añ verba xp̃i qđ offert panis dicat: vbi xp̃i ver
ba deprõpta fuerint: iam non panis dicit ſꝫ corpus appella
tur. Quare ergo in oratione dñica ꝗ poſtea ſequit ait. Panẽ
noſtrũ. Panẽ ꝗdẽ dixit ſed ἐπιούσιον dixit: hoc eſt ſuper- De conſe.
ſubſtantialẽ. Nõ iſte panis ꝗ vadit in corpus: ſꝫ ille panis vi diſ.ij.non
te eterne: qui aĩe nr̃e ſubſtantiã fulcit. Jđ ergo grece ἐπιού- iſte.
σιον dicit. Latin⁹ aũt hũc panẽ quotidianũ dixit: qꝛ greci iiij.ſen.di.
dicũt aduenientẽ. Ergo qđ latin⁹ dixit et grecus: vtrũqꝫ vti xij.ꝗd aũt
le videt. Grecus vtrũqꝫ vno ſermone ſignificauit: latin⁹ quo-
tidianũ dixit. Si quotidianus eſt panis: cur poſt annũ illũ
ſumas: quẽ iã modũ greci in oriente facere ↄſueuerũt? Acci vbi.ſ.
pe quotidie: qđ quotidie tibi ꝓſit. Sic viue: vt quotidie me-
rearis accipere. Qui nõ meret quotidie accipere: non meret
poſt annũ accipere. Quo modo ſctũs iob quotidie pro filijs Job.j.
offerebat ſacrificiũ: ne forte aliꝗd vel in corde vel in ſermõe
peccaſſent. Ergo tu audis ꝙ quotienſcũqꝫ offert ſacrificium
mors dñi: reſurrectio dñi: eleuatio dñi ſignificet et remiſſio
pctõrum: et panẽ iſtũ vite noſtre quotidianum nõ aſſumis?
Qui vulnus habꝫ medicinã requirit. Vulnus eſt: qꝛ ſub pec-
cato ſum⁹: medicina eſt celeſte et venerabile ſacramentum.
Panẽ noſtrũ quotidianũ da nobis hodie. Quotidie ſi acci
pis: quotidie tibi hodie eſt. Tibi hodie ẽ xp̃s: tibi quotidie
reſurgit. Quõ? Filius meus es tu: ego hodie genui te. Ho- Pſ.ij.
die eſt: qñ xp̃s reſurgit. Heri et hodie ipſe eſt. Paulus apl's Heb.xiij.
ait: Sed alibi dicit. Nox preceſſit: dies appropinquit. Nox Rom.xiij
heſterna preceſſit: dies hodiernus appropinquauit. Sequi
tur. Et dimitte nobis debita noſtra: ſicut et nos dimittim⁹
debitoribus nr̃is. Debitũ ꝗd eſt niſi pctm̃? Ergo ſi non acce
piſſes alieni fenoris pecuniã nõ egeres: et iđ pctm̃ tibi impu
tat. Habuiſti pecuniã cũ qua diues naſcereꝛ. Diues eras: Gen̄.j.
ad imaginẽ dei ⁊ ſimilitudinẽ fact⁹: ꝑdidiſti qđ habebas: h̃
eſt humilitatẽ. Dũ arrogãtiã deſideras vindicare: ꝑdidiſti
pecuniã. Sicut adã nudus es factus: accepiſti a diabolo de Gen̄.iij.
bitũ qđ non erat neceſſariũ. Et iđ qui eras liber in xp̃o: debi
tor factus es diabolo. Cautionẽ tuã tenebat inimicus: ſꝫ eã
dñs crucifixit: ⁊ ſuo cruore deleuit. Abſtulit debitũ tuũ: red
didit libertatẽ. Bene ergo ait. Dimitte nobis debita nr̃a: ſic
et nos dimittimus debitorib⁹ noſtris. Vide ꝗd dicas. Quõ
ego dimitto: ſic ⁊ tu dimitte mihi. Si dimiſeris: bñ cõuenis
vt dimittat tibi. Si nõ dimittis: quõ eum ↄuenis? Et ne pa
tiarꝭ nos induci in tẽtationem: quã ferre nõ poſſumus: ſed li
bera nos a malo. Vide quid dicat. Quã ferre non poſſumus
Nõ dicit: nõ inducas in tentationẽ: ſꝫ quaſi athleta talẽ vult
tentationẽ quã ferre poſſit humana cõditio: et vnuſquiſqꝫ vt
a malo: hoc eſt ab inimico ab pctõ liberetur. Potẽs eſt autẽ
dñs ꝗ abſtulit pctm̃ veſtrũ et delicta vr̃a donauit: tueri et cu-
ſtodire vos aduerſũ diaboli aduerſantis inſidias: vt non vo
bis obrepat inimic⁹ ꝗ culpã generare ↄſueuit. Sꝫ ꝗ deo ſe cõ
mittit diabolũ nõ timet. Si eñ deus pro nobis: ꝗs ↄtra nos Rom.viij
Ipſi ergo gloria a ſeculis nũc et ſemꝑ et in omĩa ſecula ſecu
lorũ Amen.

**¶ De eo quod ſcriptum eſt in euangelio ſꝫm eun-
dem. Quis veſtrum habet amicum ⁊ ibit ad illũ
media nocte ⁊ cetera. Sermo. xxix. In quo nos
hortatur ad orationẽ inſtantẽ exemplo parabo-
le et plura alia.**

A
Luce.xj. Audiuimus nos exhortatum dñm nr̄m celeſtem magiſtrū ⁊ fideliſſimū ꝯſiliariū: eundē hortatorē vt petamꝰ ⁊ datorē cū petimꝰ. Audiuimꝰ em̄ ī euāgelio hortantē nos euꝫ petere inſtanter et pulſare vſqꝫ ad ſimilitudinē improbatis. Propoſuit em̄ nobis: exēpli gratia: ſi q̄s vr̄m haberet amicū a quo nocte peteret tres panes: cū illi amicus de via veniſſet: et q̄d ei apponeret non haberet. Si aūt ille reſpōdeat iā ſe requieſcere ⁊ ſeruos ſuos ſecū: nec debere illius precibus inquietare: inſtando ille pulſet ⁊ perſeueret: nec pulſare territus abſcedat: ſed neceſſitate coactus immineat ſurrecturū illū: et ſi nō ꝓpter amicitiam: certe ꝓpter illius improbitatē: ⁊ daturū ei quantum voluerit. Quātos autē voluerit? Nihil plus ille voluit q̄ꝫ tres. In hac ergo ſimilitudine adiunxit hortationē dñs: et omino ſtimulauit nos querere: petere: pulſare: donec accipiamus q̄d petimꝰ: q̄d querimꝰ: q̄d pulſamus: vſus exemplo a ꝯtrario: ſicē
Luc.xviij de illo iudice q̄ nec deū timebat: nec homīes reuerebat̄: ⁊ tm̄ cū eū quedā vidua interpellaret quotidie: tedio victꝰ dedit q̄d nō beneficio potuit inuitꝰ. Dñs aūt nr̄ ieſus xp̄s petitor: cū ſit et dator: nō vtiqꝫ nos tm̄ hortaret̄ vt peteremꝰ: niſi dare vellꝫ. Erubeſcat humana pigricia: plus vult ille dare q̄ꝫ nos accipere. Plus vult ille miſereri: q̄ꝫ nos a miſeria liberari: ⁊ vtiqꝫ ſi nō liberati fuerimꝰ: nos miſeri remanebimꝰ. Nā ille q̄d nos hortat̄: ꝓpter nos hortat̄. Euigilemꝰ et hortanti credamus: ꝓmittenti obſequamur vt ad dantē gaudeamꝰ. Fortaſſis et ⁊ nobis aliq̄ſ venit amicꝰ de via ⁊ nō inuenimꝰ q̄d ei apponeremꝰ: et neceſſitatē paſſi ſumꝰ: et accepimꝰ ⁊ nobis ⁊ illi. Fieri em̄ nō poteſt niſi vt aliq̄s paſſus fuerit amicū aliq̄d interrogantē q̄d reſpōdere nō poſſit: et tūc ſe inuenit non habere q̄ñ coactꝰ eſt dare. Venit amicꝰ tibi de via. i. de vita huius ſeculi: ī qua oēs velut peregrini tranſeūt: nec vllus quaſi
Ecci.xxix poſſeſſor manet: ſꝫ oī hoī dicit̄. Refectꝰ tranſi: age iter: da venturo locū. Aut forte de via mala: hoc eſt de vita mala fatigatus neſcio q̄s amicus tuus: nō inueniēs veritatē: q̄ audita et percepta btūs fiat: ſꝫ laſſatꝰ in oī cupiditate ⁊ egeſtate ſeculi venit ad te tanq̄ꝫ ad xp̄ianū et dicit. Redde mihi rōnē. Fac me xp̄ianū. Et interrogat forte q̄d tu ꝑ ſimplicitatē fidei neſciebas. Et nō eſt vñ reficias eſurientē: ⁊ te admonitꝰ īuenis indigentē: ⁊ cū vis docere aliquē cogerꝭ diſcere. Et dū erubeſcis eū q̄ te īterrogauit q̄d querebat nō ī te inueniens: ꝯpelleris q̄rere vt merearis inuenire. Et vbi queras? Ubi: niſi ī dñicis libris? Fortaſſis q̄d ille interrogauit: ī libro poſitū ē: ſꝫ obſcurū eſt. Forte dixit hoc apl̄s in epl̄a ſua. Sic dixit vt ītelligere poſſis: aut ītelligere nō poſſis: trāſire nō ꝑmitterꝭ. Urget em̄ interrogator: ipm̄ paulū aut petrū aut aliquē prophetā interrogare nō ſineris. Jā em̄ req̄eſcit familia iſta cū dño ſuo: ⁊ ſeculi huiꝰ ignorātia valida eſt: hoc eſt nox media et viget amicꝰ eſuriēs. Tibi forte ſufficiebat ſimplex fides: illi nō ſufficit. Nunq̄d deſerēdus eſt? Nunq̄d de domo ꝓijciendus? Ergo ad ipm̄ dñm: ad ipm̄ cuꝫ quo familia req̄eſcit pulſa orando: pete: inſta. Non quō amicꝰ ille in ſimilitudine poſitꝰ tedio victꝰ: ſurgit ⁊ dabit. Dare vult: tu pulſans nōdū accepiſti: pulſa dare vult. Et q̄d dare vult differt: vt āplīꝰ deſideres dilatū: ne vileſcat ſcito datū. Cū aūt ꝑuenerꝭ ad tres panes: hoc eſt ad cibū ⁊ intelligentiā trinitatis: habes et vñ viuas: ⁊ vñ paſcas. Nec peregrinū venientē de via reformides: ſꝫ excipiendo ciuē domeſticū facies: nec timeas ne finias. Nō panis ille finiet̄: ſꝫ indigentiā tuā finiet. Panis eſt: ⁊ panis eſt: et panis eſt: deus pat̄: deus filius: deus ſpūſſctūs. Eternus pat̄: coeternꝰ filius: coeternꝰ ſpūſſctūs. Incōmutabilis pat̄: incōmutabilis filius: incommutabilis ſpūſſctūs. Creator: et pat̄ ⁊ filius ⁊ ſpūſſctūs paſtor et vite dator: pater et filius et ſpiritusſanctus Cibus et panis eternus: et pater et filius ⁊ ſpūſſctūs. Diſce ⁊ doce: viue ⁊ paſce. Deꝰ q̄ tibi dat nihil melius q̄ꝫ ſe tibi dat. Auare q̄d aliud q̄rebas? Aut ſi aliud petas: q̄d tibi ſufficit: cui deꝰ nō ſufficit? Sed opus eſt vt habeas charitatē: habeas fidē: habeas ſpē: vt poſſit tibi dulce eſſe q̄d datur. Et hec ipa tria ſūt: fides: ſpes: charitas. Et
Rom.xij. hec ipa dona dei ſunt. Nā fidē ab ipo accepimꝰ: ſicut deꝰ inquit vnicuiqꝫ partitꝰ ē menſurā fidei. Et ſpē ab ipo accepimꝰ
Pſalm. cū dī. In quo ſpem dediſti mihi. Et charitatē ab ipo accepi
cxviij. mꝰ: de q̄ dī. Charitas dei diffuſa eſt in cordibus nr̄is ꝑ ſpiri
Rom.v. tūſctm̄ q̄ datus eſt nobis. Sꝫ hec tria itidē aliquātulū diuer
j.Cor.xiij. ſa: ſꝫ oīa dei dona. Manēt em̄ tria hec: fides: ſpes: charitas: Maior aūt horū eſt charitas. In illis panibꝰ nō eſt dictꝰ aliquis panis maior alijs: ſꝫ ſimplicit̄ petite: et dat tres panes. Ecce alia tria. Quis ē vr̄m a q̄ petit filius ſuus panē: nunq̄d lapidē porriget ei? Aut q̄s eſt vr̄m a quo petit piſcē: nūquid ſerpentē porriget ei? Aut a quo petit ouū: nunq̄d porriget ei
B ſcorpionē? Si ergo vos cuꝫ ſitis mali noſtis bona data dare filijs vr̄is: quāto magis pat̄ veſter de celo dabit bona petētibus ſe? Tria ergo iſta rurſus ꝯſideremus: ne forte ibi ſint illa tria: fides: ſpes: charitas. Maior aūt horum eſt charitas. Pone ergo tria: panē: piſcē: ouū. Maior horū panis. Jō panē bene intelligimus in his tribus charitatē. Propterea pani lapidē oppoſuit: q̄r duricia ꝯtraria eſt charitati. Piſcē: fidem intelligamus. Dixit quidā ſctūs: ⁊ nos dicere delectat. Piſcis bonus: pia eſt fides. Uiuit inter fluctus nec frangit̄: nec ſoluit̄ fluctibus. Uiuit inter tētatiōes tēpeſtateſqꝫ huiꝰ ſeculi pia fides. Seuit mūdus ⁊ integra eſt. Tm̄ ꝯtrarium fidei ſerpentē illū obſerua. In fide em̄ deſpōſata eſt illa: cui di
Canti.iiij. cit̄ in canticis canticoꝝ. Ueni de libano ſpōſa: veniēs et pertranſiens ab initio fidei. Jō ⁊ deſpōſata: q̄r ⁊ deſpōſatis initiū fides eſt. Propterea deſpōſate huic dicit apl̄s. Deſpōſa
ij.Cor.xiij ui vos vni viro: virginē caſtā exhibere xp̄o. Et timeo ne ſicē ſerpēs ſeduxit euā aſtutia ſua: ſic ⁊ vr̄i ſenſus corrūpant̄ a ca
Ephe.iij. ſtitate q̄ eſt in xp̄o. i. q̄ eſt in fide xp̄i. Habitare em̄ inq̄t xp̄m per fidē in cordibus vr̄is. Diabolus ergo nō corrūpat fidem ne deuoret piſcē. Reſtat ſpes q̄ quantū mihi videt̄ ouo comparat̄. Spes ei nondū ꝑuenit ad rē. Et ouū ē aliq̄d: ſꝫ nondū eſt pullꝰ. Quadrupedes ergo pariūt filios: aues aūt ſpē filiorū. Spes ergo nos adhuc hortat̄ vt preſentia ꝯtēnamꝰ: futura expectemus: ea q̄ retro ſūt obliuiſcētes: cū apl̄o in anteri
Phil.iij. ora extendamur: Sic em̄ dicit. Unū aūt: q̄ retro oblitus ī ea q̄ añ ſunt extentus: ſm̄ intentionē ſequor ad palmā ſupne vocationis dei ī xp̄o ieſu. Nihil ergo tā inimicū ſpei q̄ꝫ retro reſpicere. i. in eis rebus q̄ preterlabunt̄ et trāſeūt ſpem ponere ſed in his q̄ nondū date ſunt ſꝫ dādē q̄ñcunqꝫ nunq̄ꝫ trāſibūt nō ſperare. Q̄ñ aūt ſcatet tentatiōibus mundus velut pluuia
Geñ.xix. ſodome ſulphurea: metuendū eſt exēplū vxoris loth. Retro em̄ reſpexit: ⁊ vbi reſpexit ibi remāſit. In ſalē cōuerſa eſt: vt prudentes ꝯdiret exēplo. Apl̄s paulus de hac ſpe ita loquit̄
Rom.viij Spe em̄ ſalui facti ſumus. Spes aūt q̄ videt̄: nō eſt ſpes. Q̄d em̄ videt quis q̄d ſperat? Si aūt q̄d nō videmus ſperamus: per patientiā expectamus. Quod em̄ videt quis q̄d ſperat? Ouū eſt. Eſt ouū ⁊ nondū pullus eſt: et teſtudine tectū eſt: nō videtur q̄r operitur: cū patientia expectet̄: ferueſcat vt viuiſcat. Intendere extēdere in anteriora: obliuiſcere preterita.
Phil.iij. Que em̄ vident̄ tpalia ſunt. Nō reſpicientes inq̄t que vident̄
ij.Cor.iiij ſꝫ q̄ nō vident̄. Que em̄ vident̄ tpalia ſunt: q̄ aūt nō videntur eterna. In illa ergo q̄ nō vident̄ extende ſpē: expecta: ſuſtine noli retro reſpicere. Ouo tuo ſcorpiū time. Uide q̄r de cauda percutit: quā retro habet. Non ergo ſcorpius ꝑimat ouū tuū: mundus iſte ſpem tuā: vt ita dicā veneno eo contrario q̄ retrario Quāta tibi loquit̄ mūdꝰ: quāta poſt dorſū ſtrepit vt retro reſpicias. i. vt ī rebꝰ p̄ñtibus: nec p̄ñtibꝰ nō ei dicēda ſūt preſētia nūq̄ꝫ ſtātia: ſpē tuā ponas: ⁊ ab eo q̄d ꝓmiſit xp̄s ⁊ nōdū dedit: ſed q̄r fidelis dabit: auertas aīm tuū et velis requieſcere in mūdo pereūte Jō em̄ deus felicitatibꝰ terrenis amaritudines miſcet: vt ali qua querat̄ felicitas: cuius dulcedo nō fallat: ⁊ de ipis amaritudinibus conat̄ mūdus auertere ab eo q̄d intēdis interiora ⁊ retro cōuertere. De ipis a
C maritudinibus: de ipis tribulationibus murmuras ⁊ dicis Ecce pereūt oīa xp̄ianis tēporibus. Quid ſtrepis? Nō hoc ꝓmiſit mihi deꝰ: q̄d iſta nō peribūt. Nō h̄ mihi ꝓmiſit xp̄s Eterna ꝓmiſit eternus: ſi credidero ex mortali fiā eternus. Quid ſtrepis? O mūde immūde: q̄d ſtrepis? Quid auertere conarꝭ? Tenere vis periēs: q̄d faceres ſi maneres. Quē ſi deciperes dulcis: ſi amarus alimēta mētiris? Ego ſi hēo ſpē: ſi teneo ſpem: ouū meū nō eſt a ſcorpiōe ꝑcuſſū. Bñdicā dño
pš.xxxiij. in oī tpe: ſemꝑ laus eius ī ore meo. Felix ſit mūdus: euertat̄ mūdus. Benedicā dñm q̄ fecit mundū. Benedicā prorſus. Scd̄m carnē bene ſit: ſm̄ carnē male ſit. Benedicā dñm ī oī tpe: ſemꝑ laus eius in ore meo. Nam ſi benedico quando bene eſt: et blaſphemo quando male eſt: ſuſcepi ſcorpionis aculeū: cōpunctus reſpexi retro. Quod abſit a nobis. Dominus
Job.j. dedit dñs abſtulit: ſicut domino placuit ita factū ē: ſit nomē dñi benedictū. Manet ciuitas q̄ nos carnaliter genuit. Deo

gratias. Utinā ⁊ ſpiritaliter gñet: et nobiſcū trāſeat ad eter-
nitatē. Si nō manet ciuitas q̄ nos carnalit̾ genuit: manet q̄
Pſ. c xlvj nos ſpiritaliter genuit. Edificās hieruſalē dn̄s. Nūqd̄ dor-
mitādo edificiū ſuū pdidit: aut nō cuſtodiēdo hoſtes admi
pſ. cxxvj. ſit? Niſi dn̄s cuſtodierit ciuitatē: fruſtra vigilat q̄ cuſtodit
Pſ. cxx. eā. Et quā ciuitatē? Non dormit nec dormitabit: q̄ cuſtodit
iſrael. Quid ē iſrael: niſi ſemē abrae? Quid ē ſemē abrae: niſi
Gal. iij. xp̄s. Et ſemini tuo inq̄t qd̄ ē xp̄s. Et nobis qd̄? Uos aūt xp̄i
j. Cor. iij. g̃ ſemē abrae eſtis: ſm̄ ꝓmiſſionem heredes. Jn ſemine tuo
Gen̄. xxij. inq̄t bn̄dicent oēs gentes. Ciuitas ſctā: ciuitas fidelis: ciui-
tas i terra peregrina: in celo fundata ē. O fidelis noli corrū-
pere ſpē: noli amittere charitatē: accinge lūbos tuos: accen
Luce. xij. de: ꝓtende lucernas tuas expecta dn̄m q̄n veniat a nuptijs
Quid expaueſcis? q̄ pereūt regna terrena? Jdeo celeſte ꝓ-
miſſum ē ne cū terrenis perires. Nā iſta pitura pdicta ſunt:
pdicta oīno. Nō eni negare poſſumꝰ qd̄ pdictū ē. Dn̄s tuus
Mar. xiij. quē expectas dixit tibi. Exurget gēs ↄtra gētē: ⁊ regnū ad-
uerſus regnū: Habēt mutationes regna. Ueniet ille de q̄ di
Luce. j. ctū eſt. Et regni eiꝰ nō erit finis. Qui hoc regnis terrenis ꝓ
miſerūt: nō veritate ducti ſūt: ſ; adulatiōe mētiti ſūt. Poeta
Uirgiliꝰ illorū q̄daʒ induxit iouē loquētē: ⁊ ait de romanis. His ego
eneid. j. nec metas rerū nec tpa pono. Jmperiū ſine fine dedi. Non
plane ita reſpōdet veritas. Regnū hoc qd̄ ſine fine dediſti i
terra ē an in celo? Utiq; i terra. Et ſi eſſet in celo. Celū et t̾ra
trāſient. Tranſiēt q̄ fecit ipē: quāto citius qd̄ ↄdidit romulꝰ
Forte ſi vellemꝰ hinc exagitare virgiliū ⁊ inſultare q̄re hoc
dixerit: ipe tolleret nos ⁊ diceret nobis. Et ego ſcio. Si qd̄
facerē q̄ romanis verba vendebā: niſi hac adulatione aliq̄d
ꝓmitterē qd̄ falſū erat? Et tn̄ in hoc cautus fui: q̄n dixi. Jm
periū ſine fine dedi. Jouē ipſorū induxi q̄ hoc diceret. Non
ex pſona mea dixerim falſa: ſ; ioui impoſui falſitatis pſonā
Sicut deꝰ falſꝰ erat: ita mēdax vates erat. Nā vultis noſſe
q̄ iſta nouerā? Alio loco q̄n nō iouē lapidē induxi loquentē:
ſ; ex pſona mea locutꝰ ſū: dixi. Nō res romana perituraq; re
gna? Uidete q̄ dixi peritura regna. Dixit peritura regna:
nō tacuit pitura. Ueritate nō tacuit: ſp mãſura adulatiōe ꝓ
miſit. Nō ergo deficiamꝰ fratres: finis erit terrenis oībꝰ re-
gnis. Nūc ſi finis ē: deꝰ videt. Forte eni nōdū eſt: ⁊ infirmi-
tate q̄dā vel miā vel miſeria hoc optamꝰ vt nondū ſit: nūq̄d
tn̄ ideo nō erit? Figite ſpē i deū: eterna cōcupiſcite: et̾na ex
pectate. Chriſtiani eſtis frēs: xp̄iani ſumꝰ. Non ad delitias
xp̄s i carnē deſcēdit: toleremꝰ potiꝰ pſentia q̄; diligamꝰ: ad
uerſoꝝ manifeſta ē pnities: pſperoꝝ falſa blādities. Time
mare: ⁊ q̄n mollicies ē. Dīno nō fruſtra audiamꝰ. Surſū cor
Quid ponimꝰ cor i terra: cū videamꝰ q̄ euertit̾ terra? Nos
nō poſſumꝰ niſi exhortari vos: vt habeatis qd̄ dicatis: et qd̄
ꝓ ſpe vr̄a reſpōdeatis inſultatoribꝰ ⁊ blaſphematoribꝰ nōis
xp̄iani Nemo vos murmurādo auertat ab expectatiōe futu
roꝝ. Oēs q̄ ꝓpter iſtas aduerſitates blaſphemāt xp̄ʒ verū
cauda ſcorpionis ſūt. Nos ouū noſtrū ſub alis illius galline
Mat. xxiij ponamꝰ euāgelice galline: q̄ clamat: Hieruſalē hieruſalem
illi falſe ⁊ pdite: quotiēs volui colligere filios tuos tāq; gal
lina pullos ſuos: et noluiſti? Nō nob dicat̾: quotiēs volui et
noluiſti. Jlla eni gallina diuina ſapiētia ē: ſ; aſſūpſit carneʒ
vt pullis ↄgrueret. Uidete gallinā hiſpidā plumis: dimiſſiſ
alis: voce fracta et quaſſa et laſſa et lāguida ↄgruere puulis
ſuis. Ouū ergo noſtrū: idē ſpē noſtrā ſub alis illiꝰ galline po
D namꝰ. Ai aduertitis forte: quō gallina ↄcidat ſcorpionē Uti
nā ergo ⁊ iſtos blaſphemātes: i t̾ra reptātes: de cauernis ꝓ-
deūtes ⁊ male pungētes: illa gallina ↄcidat ⁊ deuoret: i cor-
pus ſuū traijciat ⁊ i ouū vertat. Nō iraſcāt̾: ↄmoti videmur:
j. Cor. iiij. ſ; maledicta maledictis nō reddimꝰ. Maledicimur ⁊ bn̄di
cimꝰ: blaſphemati deꝑcamur. S; nō dicat de roma: dictū ē
de meo. S; taceat de roma: quaſi ego inſultor ſim ⁊ nō potiꝰ
dn̄i deꝑcator: ⁊ veſter qualiſcūq; exhortator. Abſit a me vt i
ſultē. Auertat deꝰ a corde meo ⁊ a dolore cōſcīe mee. Jbi mlt̾
tos fratres n̄ habuimꝰ? Nō adhuc habemꝰ? Portio pegri-
nātis hierl̃m ciuitatis: nō ibi magna deget: nō ibi tpalia ꝑ-
tulit: ſed eterna nō pdidit? Quid ergo dico cū de illa n̄ taceo
niſi q̄ falſum ē qd̄ dicūt de xp̄o nr̄o: q̄ ipe romā pdiderit: q̄
dij lapidei tuebāt̾ ⁊ lignei? Adde pciū aerei: adde plꝰ argē-
Pſ. cxiij. tei et aurei. Jdola gētiū argētū et aurū. Non dixit lapides.
nō dixit lignū: nō dixit teſta: ſ; qd̄ ꝓ magno hn̄t aurū ⁊ argē
tū. Tamē ipm aurū ⁊ argētū ocl'os habēt ⁊ nō videt. Deꝰ au
reꝰ ⁊ deꝰ ligneꝰ ad pciū diſpares ſūt: ⁊ habere ocl'os ⁊ n̄ vi

dere fratres poſſūt. Ecce q̄libꝰ docti hoīes romā cuſtodibꝰ
cōmiſerūt: habētibꝰ ocl'os ⁊ nō videtibꝰ. Aut ſi romā ſuare
potuerūt: q̄re ipi ante perierūt? Jnquiūt tūc periſt roma. Tn̄
perierūt? Non inquint ipi perierūt: ſ; ſimulachra eoꝝ. Quō
ergo cuſtodirēt tecta vr̄a: q̄ non potuerūt cuſtodire ſimula-
cra ſua? Alexādria olī tales deos pdidit. Cōſtātinopolis ex
q̄ ↄdita eſt i magnā ciuitatē: q̄m a xp̄iano imꝑatore ↄdita ē:
olim deos ipos falſos perdidit: ⁊ tn̄ creuit ⁊ creſcit et manet
Q̄diu vult deꝰ manet. Nō ⁊ illi ciuitati q̄ hoc dicimꝰ: eter
nitatē ꝓmittimꝰ. Carthago i noīe xp̄i manet: ⁊ oli euerſa ē a
ſceleſtis: q̄ nō fuit celeſtis: ſ; terreſtris. Et illd̄ qd̄ dicūt nō
ē verū: q̄ dijs pditis roma capta ē: afflicta ē. Proſus nō ē
verū: ante ſimulacra ipa euerſa ſūt: ⁊ ſic victi ſūt gothi cum
rhadagaiſo. Memētote fratres: memētote: nō ē lōgū: pauci De ciui.
anni ſūt: recordamini. Euerſis i vrbe roma oībꝰ ſimulacris dei li. j.
rhadagaiſꝰ rex gothoꝝ cū magno exercitu mlto nūeroſiore
q̄; halaricꝰ fuit: venit: Paganꝰ hō erat rhadagaiſus ſacrifi
cabat quotidie. Nunciabat̾ vbiq; q̄ ſacrificijs nō deſiſteret
rhadagaiſus. Tūc oēs iſti. Ecce nos nō ſacrificamꝰ: ille ſa-
crificat: vinci habemus a ſacrificāte: quibꝰ nō l; ſacrificare.
Deꝰ oſtēdēs q̄ nō i iſtis ſacrificijs ē ipa tpalis ſalꝰ: ipſa re-
gna terrena: victꝰ ē rhadagaiſus adiuuāte dn̄o miro modo
Poſtea venerūt gothi nō ſacrificātes: et ſi fide xp̄iana non
catholici tn̄ idolis inimici venerūt: idolis aduerſātes ⁊ ipi
ceperūt. Uicerūt de idolis pſumentes: ⁊ pdita idola adhuc
q̄rētes: ⁊ pditos adhuc ſacrificare cupiētes: ſ; ibi erāt et nr̄i
⁊ afflicti ſūt: ſ; nouerāt dicere. Bn̄dicā dn̄m i oī tpe. Afflicti pſ. xxxiij.
ſunt i regno terreno: ſ; regnū celoꝝ nō pdiderūt: imo ad illd̄
capeſſendū exercitatiōe tribulationū meliores effecti ſunt.
Et ſi i tribulationibꝰ nō blaſphemauerit: tāq; integra vaſa
de fornace exierūt: ⁊ dn̄ica bn̄dictione repleti ſūt. Jſti autē
blaſphematores: terrena ſectātes: t̾rena deſiderātes: i terre
nis ſpē ponētes: cū iſta velit nolit pdiderit: q̄d tenebūt? vbi
remanebūt? Foris: intꝰ nihil: inanis arca: inanior cōſciētia
Ubi reqes? vbi ſalꝰ? vbi ſpes? Ueniāt q̄ deſināt blaſphema
re: diſcāt adorare: ſcorpij pungētes a gallina comedāt̾: i cor
pus traijciētis ↄuertāt̾: i terra exerceant̾: i celo coronentur.

¶ De eo qd̄ ſcriptū eſt i euāgelio ſm̄ eūdē Nunc
vos phariſei qd̄ foris ē parapſidis lauatis. ⁊ cet̾a
Ser. xxx. Jn q̄ de iudicio ⁊ charitate mlta iſ̄ſerit

Audiſtis ſctm̄ euāgeliū: quō dn̄s ieſꝰ i eo qd̄ pha-
riſeis dicebat ſuos vtiq; diſcipl'os ↄmonebat: ne B
i. corpis mūdatiōe putarēt ee iuſticiā. Oī die eni
phariſei anteq̄; prāderēt abluerīt ſe aq̄: q̄ſi q̄tidia
lauatio poſſit cordis ee mūdatio. Deniq; q̄les tales eēnt oſtē
dit. Jlle dicebat q̄ videbat: nō ei facies eoꝝ: ſ; etiā interiora
cernebat. Deniq; vt h̾ ſciatis ille phariſeꝰ cui r̄ndit xp̄s apud
ſeipm cogitauit voce nō ſonuit: et ille tn̄ audiuit. Apd̄ ſe eni
repheñdit dn̄m xp̄m: q̄ ſic venit ad cōuiuiū eiꝰ nō lotꝰ. Jlle
cogitabat: h̾ audiebat: ideo r̄ndebat: Quid ergo reſpondit?
[Nunc vos phariſei qd̄ foris ē parapſidis lauatis: intꝰ aūt Luce. xj.
pleni eſtis dolo ⁊ rapina.] O venire ad prādiū: quō pepercit
hōi a q̄ fuerat iuitatꝰ. Magis obiurgādo pepcit vt correcto
i iudicio pceret. Deīde q̄d oſtēdit nobis? Q̄ et baptiſmū qd̄
ſemel adhibet̾: p fidē mūdat. Fides aūt intꝰ ē nō foris. Uñ
d̾ ⁊ legit̾ i actibꝰ aplo͛ꝝ. Fide mūdās corda eoꝝ. Et apl's pe Actuū. xv.
trus i epl'a ſua ita loq̄t̾. Sic inq̄t ⁊ vob dedit ſimilitudinē de j. Pet. iij.
arca noe: quō octo aīe ſalue facte ſūt p aquā. Et adiūxit. Sic
⁊ vos ſili forma baptiſma ſaluos faciet: nō carnis depoſitio
ſordiū: ſ; ↄſcīe bone int̾rogātio i deū: Hāc ↄſcīe bōe int̾roga
tionē phariſei ↄtēnebāt: ⁊ qd̄ erat foris lauabāt intꝰ iniq̄na-
tiſſimi pmanebāt. Et q̄d eis ait poſtea? [Ueruntn̄ date ele-
moſynā: et ecce oīa mūda ſūt vobis] Laudata ē elemoſyna
facite ⁊ ꝓbate. Sed pauliſper attēdite qd̄ phariſeis dictū ē.
Phariſei iſti iudei erāt: q̄ſi egregij iudeoꝝ. Nobiliores ei
atq; doctiores tūc phariſei vocabant̾. Baptiſmo xp̄i abluti
nō erāt: i xp̄ʒ filiū dei vnigenitū q̄ int̾ illos ambulabat et ab
eis nō agnoſcebat̾: nōdū crediderāt. Quō eis dicit. Date ele
moſynā: ⁊ ecce oīa mūda ſūt vobis? Si audirēt illū phariſei
et darēt elemoſynas: iam ſm̄ verbū eius munda illis eſſent
oīa: q̄d opus erat vt crederēt i eo? Si aūt mūdari nō poſſint
niſi credētes in eū q̄ fide mūdat cor: q̄d eſt date elemoſynas
⁊ ecce oīa munda ſunt vobis? Attendamus: et forte ipſe ex-
ponit. Cū hec dixiſſet: ſine dubio cogitauerūt illi qui dabāt

elemoſynas. Et quō dabāt? Omnia ſua decimabāt: de oīb⁹
fructib⁹ ſuis decimā partē detrahebāt ⁊ ipſam dabāt. Non
facile hoc facit aliq̄s xp̄ianus. Ecce q̄ faciebāt iudei. Nō
triticū ſuū: ſed oleū et vinū: neqꝫ hoc ſolū: ſed etiā et res con-
temptibiles ꝓpter p̄ceptū dei: ciminū: rutā: mentā et anetū
totū decimabāt: id ē decimā partē detrahebāt ⁊ elemoſynā
dabāt. Credo ergo q̄ȝ reuocauerūt ad ſe ⁊ putauert dñꝫ xp̄ꝫ
inaniter loqui: quaſi eis qui non facerent elemoſynas: cū ipi
ſcirēt opa ſua: q̄ et minutiſſima ⁊ cōtēptibilia fructuū ſuoꝝ
decimabāt et elemoſynas dabāt: irriſert illū apud ſe talia di
B centē: quaſi oībus q̄ elemoſynas nō facerēt. Hoc dñs ſciens
cōtinuo ſubiunxit. [Verūtamē ve vobis ſcribe ⁊ phariſei q̄
decimatis mētā: ciminū: et rutā et oē olus.] Ut ſciatis noui
elemoſynas veſtras. Certe iſte ſunt elemoſyne veſtre: iſte ſūt
decime: etiā minuta queqꝫ ⁊ cōtēptibilia fructuū veſtroꝝ de
cimatis: [⁊ relinquitis grauiora legis iudiciū et charitatē]
Attēdite. Reliquiſtis iudiciū et charitatē: ⁊ decimatis ole-
ra. Non eſt hoc facere elemoſynā. [Et hec inquit oportet fa-
cere ⁊ illa nō omittere.] Que facere? Iudicium ⁊ charitatē
iuſticiam ⁊ miam: ⁊ illa nō omittere. Facite illa ſed iſta p̄po
nite. Sed hec ita ſūt: q̄d eſt q̄ illis dixit. Facite elemoſynas
et ecce oīa munda ſunt vobis? Quid ē? Facite elemoſynaꝫ?
Facite miaꝫ. Quid ē: facite miam? Si intelligis a te incipe.
☞ Quō enim es miſericors alteri: ſi crudelis ſis tibi? Date ele-
moſynā et oīa munda ſunt vobis. Facite verā elemoſynam.
Ecc̄i. xxx. Quid ē elemoſyna? Mia. Audi ſcripturā. Miſerere aīe tue
placēs deo. Fac elemoſynam: miſerere aīe tue placens deo.
Mendicat a te aīa tua: redi ad ꝯſcientiā tuā. Quicūqꝫ male
viuis: quicūqꝫ infideliter viuis: redi ad cōſciētiā: ⁊ ibi inue
nis mēdicantē aīam tuā: inuenis egentē: inuenis pauperē:
inuenis erūnoſam: inuenis forte nec egētē: ſꝫ egeſtate obmu
teſcentē. Nā ſi mēdicat eſurit: iuſticiā. Qn̄ inueneris aīam
tuā talē: intus in corde tuo ſunt illa. Fac prius elemoſynam:
da illi panē. Quē panē? Si phariſe⁹ interrogaret: diceret illi
dñs. Fac elemoſynā cū aīa tua. Hoc enī illi dixit: ſꝫ ille non
intellexit: qn̄ illis enarrauit elemoſynas q̄s faciebāt: ⁊ puta
bant latere xp̄m: ⁊ ait illis. Noui q̄d facitis: decimatis men
tā ⁊ anetū: ciminū et rutā. Sꝫ ego alias elemoſynas loquor.
Contēnitis iudiciū et charitatē. In iudicio et charitate fac
elemoſynā cū aīa tua. Quid ē iudiciū? Reſpice ⁊ inueni: diſ-
Mat. xxiij. plice tibi: ꝓnuncia in te. Et q̄d ē charitas? Dilige dñꝫ ī toto
corde tuo: tota aīa tua: tota mēte tua. Dilige ꝓximū tanq̄ꝫ te
ipm: et feciſti miam prius cū aīa tua: in cōſciētia tua. Hanc
autē elemoſynā ſi p̄termittis: de quāto vis dona: quātū vis
retrahe de fructib⁹ tuis: nō decimas ſed dimidias. Nouem
ptes da: et vnā mihi dimitte. Nihil facis qn̄ tecū non facis:
et tecū paup es. Aīa tua veſcat̄ ne fame pereat. Da illi panē.
Quē panē inquit? Ipſe tecū loquit̄. Tu ſi audires et intelli-
Joh. vj. geres ⁊ crederes dñꝫ: ipſe tibi diceret. Ego ſum panis viu⁹
q̄ deſcēdi de celo. Nonne iſtū panē p̄mum dares aīe tue: ⁊ fa
ceres cū illa elemoſynā? Si ergo credis facere debes: vt p⁹
paſcas aīam tuā. Crede in xp̄m ⁊ mūdabunt̄ q̄ intus ſunt: et
q̄ foris ſunt munda erūt. Conuerſi ad dñm deū patrē oīpo-
tentē puro corde: et quātū pōt paruitas nr̄a: maximas atqꝫ
veras gr̄as agam⁹: p̄cātes toto aīo ſingularē māſuetudinē
ei⁹ vt preces noſtras in bn̄placito ſuo exaudire dignet̄: ini-
micū quoqꝫ a noſtris actib⁹ et cogitationib⁹ ſua virtute ex-
pellat: nobis multiplicet fidē: mentē gubernet: ſpiritales co
gitationes concedat ⁊ ad beatitudinem ſuam perducat: per
ieſum chriſtum filium ſuum.

## ¶ De arbore ficulnea que per triennium fructū non afferebat: et de muliere que decem et octo annos habebat in infirmitate. In euāgelio ſm eundem. Sermo. xxxj.

A
Luce. xiij D E arbore ficulnea q̄ trienniū habebat ⁊ fructū nō
afferebat: et de muliere q̄ decem ⁊ octo annos ha-
bebat ī infirmitate: q̄ dñs donauerit audite. Ar-
bor ficulnea genus humanū eſt. Triennium autē
tria ſunt tpa: vnū ante legē: alterum ſub lege: tertiū ſub gra-
tia. Non eſt autē importunū: vt arbor ficulnea intelligat̄ ge
Geñ. iij. nus humanuꝫ. Primus enī hō qn̄ peccauit: folijs ficulneis
pudēda velauit. Hec velauit vn̄ nati ſum⁹ mēbra. Que enī
ante pctm̄ fuerant gloriāda: poſt pctm̄ pudenda ſunt facta.
Deniqꝫ ante a nudi erāt: et nō cōfundebant̄. Non enim erāt
vn̄ erubeſcerēt: qn̄ pctm̄ non preceſſerat: nec poterant de ſui
creatoris operib⁹ erubeſcere: quia operib⁹ ſui creatoris bo
nis nullū adhuc malū opus ſuum miſcuerāt. Nondū enim
manducauerāt de ligno ſciētie boni et mali: vn̄ manducare
ꝓhibiti erāt. Poſtea ergo q̄ȝ mādvcauerūt et peccauerunt
natū eſt de illis genus hūanū: id ē hō de hoīe: obnoxius de
debitore: mortalis de mortali: peccator de peccatore. Hos
ergo appellat in hac arbore q̄ p omne tps fructū dare nolue-
runt: et ꝓpter hoc imminebat ſecuris radicibus arboris in-
fructuoſe. Intercedit colonus: differtur ſupplicū: vt adhi-
beatur auxiliū. Qui autē intercedit colonus eſt oīs ſanctus
q̄ intra eccleſiā orat ꝑ eis q̄ ſunt extra eccleſiā. Et q̄d orat?
Dñe dimitte illā ⁊ hoc anno: id eſt tpe iſto ſub gr̄a: parce pec
catoribus: parce infidelib⁹: parce ſterilib⁹: parce infructuo
ſis. Circūfodio eā et adhibeo cophinū ſtercoris. Si fecerit
fructū bn̄: ſin autē minus: venies ⁊ amputabis eā. Venies:
qn̄? In iudicio venies: qn̄ vēturus eſt iudicare viuos ⁊ mor
tuos. Interim mō parcit̄. Quid ē aūt foſſa: q̄ eſt circūfodere
niſi hūilitatē: penitentiā et patientiā docere? Foſſa enī hūi
lis terra eſt. Cophinū ſtercoris: ī bono intellige. Sordes ſūt
ſed fructū dant. Sordes cultoris dolor eſt peccatoris. Qui ☞
agūt penitētiā in ſordibus agunt: ſi tn̄ intelligant et veracit̄
agunt. Huic ergo arbori d̄r. Agite penitētiā: appropinqua- Mat. iij.
bit enī regnū celoꝝ. Qr̄ illa mulier decē ⁊ octo annos habēs B
ī infirmitate? Sex diebus deus ꝑfecit opa ſua. Ter ſeni: de-
cem ⁊ octo faciūt. Quod ergo ſignificauit trienniū ī arbore:
hoc decē ⁊ octo anni ī illa muliere. Curua erat ⁊ ſurſum aſpi
cere nō potuit: q̄ȝ ſurſum cor: ſine cauſa audiebat. Sꝫ erexit
eā dñs. Eſt ergo ſpes: ſed filijs. Quouſqꝫ veniat dies iudicij
multum ſibi dat hō. Et q̄d eſt homo? Iuſtus homo: magnū
aliquid eſt homo: ſed tamen iuſtus homo gratia dei iuſtus
eſt hō. Nam q̄d eſt hō: niſi q̄ memor es ei⁹. Vis videre q̄d Pſ. viij.
eſt hō? Oīs hō mendax. Cātauim⁹. Exurge dñe nō ꝑualeat Pſ. cxv.
hō. Quid eſt nō preualet hō? Nōne aplī erāt hoīes? Nonne Pſ. ix.
martyres hoīes erāt? Ipſe dñs ieſus de⁹ eē nō deſiſtēs: hō
eſſe dignat⁹ ē. Quid ē ergo. Exurge dñe: nō ꝑualeat hō. Si
oīs hō mēdax: exurge veritas: nō ꝑualeat falſitas. Hō ergo
ſi vult eē aliq̄d boni: nō ſit de ſuo ꝓprio. Si enī de ſuo eē vo-
luerit: mēdax erit. Si verax eē voluerit: de deo nō d̄ ſuo erit
Exurge ergo dñe nō ꝑualeat hō. Tantū valuit mendaciuꝫ j. Pet. iij.
añ diluuiū: vt poſt diluuiū octo remāſiſſēt hoīes. Per ipos
terra rurſus impleta ē hoīb⁹ mēdacib⁹: ⁊ elect⁹ eſt populus
dei. Facta ſūt miracula multa: ꝑrogata diuina bn̄ficia. Ad
terrā ꝓmiſſionis ꝑductus ē: ab egyptioꝝ ſeruitute liberat⁹:
ꝓphete in illo excitati ſunt. Tēplū accepit: ſacerdotiū acce
pit: vnctionē accepit: legē accepit. Sꝫ de ipo poſtea dictū ē.
Filij alieni mētiti ſūt mihi. Ad extremū miſſus ē ille p ꝓphe Pſ. xvij.
tas ante ꝓmiſſus. Non ꝑualeat hō: vel q̄ȝ de⁹ factus eſt hō:
ſed etiā ipe faciēs diuina cōtēptus ē: p̄ſtās tam multa bene
ficia preſus ē: flagellatus ē: ſuſpēſus ē. Hucuſqꝫ ꝑualuit hō
dei filiū p̄ndere: dei filiū flagellare: dei filiū ſpinis corona-
re: dei filium ligno ſuſpēdere. Tātū ꝑualuit hō. Sꝫ quouſqꝫ
niſi q̄uſqꝫ de ligno depoſitus: poſit⁹ ē in ſepulchro? Si ibi
remāſiſſet: vere hō ꝑualuiſſet. Sꝫ ꝓpheta iſte etiā ipm dñm
ieſum alloq̄tur dicēs. Exurge dñe: nō ꝑualeat hō. Domine
ī carne venire dignat⁹: verbū caro fact⁹: verbū ſup nos: ca-
ro inter nos: verbū caro inter deū ⁊ hoīem: virginē vn̄ naſce
reris ſm carnē elegiſti: virginē cōcipiēdus inueniſti: natus
virginē reliquiſti: ſꝫ nō agnoſcebaris. Apparebas ⁊ latebas
apparebat infirmitas: latebat ptās. Hoc totū factū ē vt ſan-
guinē funderes: q̄ ē p̄ciū nr̄ꝫ. Feciſti miracula tāta: valitu-
dinibus egrotoꝝ ſanitatē tribuiſti: bn̄ficia multa p̄ſtitiſti et
recepiſti mala ꝓ bonis. Inſultatū ē tibi: pepēdiſti in ligno:
agitatū ē añ te caput ab ipſis ⁊ dictū ē. Si fili⁹ dei es deſcē- Matthei.
de de cruce. Ita ne tu ꝑdideras potētiā: an poti⁹ demōſtra- xxvij.
bas patiētiam? Et tn̄ illi inſultauert: et tamen illi irriſerunt
tamen illi te occiſo quaſi victores diſceſſerunt. Ecce in ſe-
pulchro iaces. Exurge domine: nō preualeat homo. Non
preualeat impius inimicus: non preualeat cecus iudeus.
Cū enī crucifigereris: preualuiſſe ſibi viſus ē iudeus cecus
Exurge dñe: nō ꝑualeat hō. Factū ē: oīno factū ē. Et q̄d re- C
ſtat: niſi vt iudicet̄ gētes ī cōſpectu tuo? Reſurrexit enī ſicut
noſtis: aſcēdit in celū: inde vēturus ē iudicare viuos ⁊ mor-

tuos. Eia arboꝛ infructuoſa: nō derideas qꝛ pcitur tibi: dila
ta ē ſecuris: noli eſſe ſecura: veniet ⁊ amputaberis. Crede qꝛ
venturus ē. Iſta oīa q̄ vides non erāt. Chriſtianus populus
toto oꝛbe terraꝝ aliq̄n non erat. In ꝓphetia legebaꝛ: in terra
non videbatur: mō aūt et legitur ⁊ videtur. Ipſa eccleſia ſic
Pſ. xliiij est cōpleta. Non ei dictū eſt. Vide filia ⁊ audi: ſ; audi ⁊ vide
Audi predicta: vide ꝯpleta. Quō ergo fratres chariſſimi nō
erat xp̄s natus de virgine? Promiſſus eſt et natus eſt. Non
fecerat miracula: ꝓmiſſa ſunt ⁊ fecit. Nōdum erat paſſus: ꝓ
miſſum ē ⁊ factū eſt. Non reſurrexerat: p̄dictū eſt ⁊ impletū ē
Nomen eiꝰ ꝑ totū mundū nō erat: p̄dictū eſt ⁊ impletum eſt.
Idola deleta ⁊ fracta nō erant: predictū ē et impletū eſt. He
retici impugnātes eccleſiā nō erāt: predictū eſt ⁊ impletū eſt
Sic ⁊ dies iudicij nondū ē: ſed qꝛ p̄dictus eſt: implebiꝛ. An
fieri pōt vt q̄ in tantis verax apparuit: de die iudicij mēdax
ſit? Promiſſoꝝ ſuoꝝ nobis chirographū fecit. Nō debēdo
ſed ꝓmittēdo debitoꝛē ſe deꝰ fecit: id eſt nō mutuo accipien
Rom. xj. do. Nō poſſumꝰ ergo ei dicere. Redde qꝺ accepiſti. Quīs q̄s
prioꝛ dedit ei ⁊ retribueꝛ ei? Nō poſſumꝰ dicere. Redde qꝺ
accepiſti: ſ; plane dicimus. Redde qꝺ ꝓmiſiſti. Inde nanq;
Mat. vj. eſt qꝺ audemꝰ dicere quotidie. Adueniat regnū tuū: vt ad
ueniente regno eius et nos cū illo regnemus. Qꝺ nobis ī his
Ma. xxv. verbis ꝓmiſſum ē. Tunc dicā illis. Venite bn̄dicti p̄ris mei
pcipite regnū qꝺ vobis paratū ē ab origine mūdi. S; plane
ſi fecerimus qꝺ ibi ſequiꝛ. Eſuriui enī ⁊ dediſtis mihi man
ducare. ⁊c. Promiſit patribus nr̄is: ſed cautionē fecit quā
legeremꝰ ⁊ nos. Si faciat nobiſcū rationē q̄ dignatꝰ eſt face
re cautionē: ⁊ dicat legite debita mea: hoc eſt debita promiſ
ſionū mearū et cōputate q̄ reddidi: cōputate etiam q̄ debeo
ecce q̄ multa reddidi: modicū ē qꝺ debeo. Pro modico qꝺ
reſtat: infidelē me ꝓmiſſoꝛē eē putabitis? Quid reſpōdemꝰ
Mat. iij. cōtra manifeſtiſſimā veritatē? Ergo q̄ ſterilis ē agat penitē
Luce. xiij. tiā: ⁊ faciat fructū dignū penitentie. Qui curuus eſt vt terrā
intueatur: terrena felicitate letetur: iſtā ſolā putat eſſe vitam
beatā vbi beatus eſſe poſſit: aliā nō credit. Quicunq; tā cur
uus ē erigaꝛ: ſi ꝑ ſeip̄; nō pōt: inuocet dn̄z. Nūq̄d enī ⁊ mulier
illa ꝑ ſeipām erecta ē? Ve illi eēt: ſi manū ille nō porrexiſſet.

## Deeo quod ſcriptum eſt in euangelio ſm̄ eundem. Dn̄e ſi pauci ſunt qui ſaluantur. Et quō ꝑ anguſtā poꝛtā pauci intrant. Sermo. xxxij.

A
Luce. xiij Tria ſata farine de q̄bus dn̄s loquebatur: genꝰ hu
Gen̄. ix. manū eſt. Recolite diluuiū vn̄ ceteri repararētur
tres remāſerūt. Tres filios habebat noe: de ipſis
reparatū eſt genus hūanū. Mulier illa ſancta que
abſcōdit fermentū: ſapiētia eſt. Ecce clamat oꝛbis totꝰ in ec
Pſalm. cleſia dei. Ego cognoui qꝛ magnꝰ eſt dn̄s. Certe pauci ſūt q̄
cxxxiiij. ſaluanꝛ. Recolitis queſtionē ex euāgelio nobis nō ꝓpoſitā?
Luce. xiij [Dn̄e: (dictū eſt) ſi pauci ſunt q̄ ſaluanꝛ] Dn̄s ad hoc q̄d? Nō
ait. Non pauci: ſ; multi ſunt q̄ ſaluanꝛ. Non hoc dixit. S; q̄d
dixit? Cū audiſſet: ſi pauci ſunt q̄ ſaluanꝛ. [Contēdite (inq̄t)
intrare ꝑ anguſtā poꝛtā] Qn̄ audis ergo. Pauci ſūt q̄ ſaluāꝛ:
cōfirmauit dn̄s qꝺ audiuit ⁊ inquiēs: ꝑ anguſtā poꝛtā pauci
Mat. vij. intrāt. Alio loco ip̄e hoc ait. Arta via ē et anguſta q̄ ducit ad
vitā: ⁊ pauci ſūt q̄ ingrediūꝛ ꝑ illā. Lata aūt et ſpacioſa ē via
q̄ ducit ad interitū: ⁊ multi ſūt q̄ ambulāt ꝑ eā. Quid gaude
mus ad multitudines? Audite me pauci. Scio qꝛ multi au
ditis et pauci obauditis. Areā video ⁊ grana q̄ro. Et vix vi
denꝛ grana qn̄ area trituraꝛ: ſ; vētum ē vt ventileꝛ. Pauci ḡ
q̄ ſaluanꝛ in cōparatione multoꝝ perituroꝝ. Nā ipſi pauci
magnā maſſā facturi ſūt: cū venerit ventilatoꝛ ferēs ventila
Mat. iij. brū in manu ſua: ⁊ mundabit areā ſuā: frumēta recōdet ī hoꝛ
reo: paleā aūt cōburet igni inextinguibili. Nō ſubſannet pa
lea granū: hoc veru; loq̄tur: neminē fallit. Eſtote ergo inter
multos multi: ſ; in cōparatione quoꝝūdā multoꝝ pauci. Tā
ta maſſa ꝓceſſura ē de hac area vt impleat hoꝛreū celi. Non
enī cōtrarius ſibi eſſet dn̄s ieſus q̄ dixit. Pauci ſunt q̄ intrāt
ꝑ anguſtā poꝛtā: multi ꝑ latā viā pereūt. Cōtrarius ſibi eſſet
Mat. viij. q̄ alio loco dixit. Multi ab oꝛiēte ⁊ occidēte venient. Multi
certe ⁊ pauci: ⁊ pauci ⁊ multi. Alij ergo pauci: alij multi? Nō
S; ip̄i pauci q̄ multi. Pauci in ꝯparatione multoꝝ ꝑditoꝝ
Apoc. vij. multi in ſocietate angeloꝝ. Audite chariſſimi. Apocalipſis
hoc ſcriptū h;. Poſt hec vidi ex oī lingua ⁊ gēte et tribu ve
niētes cū ſtolis albis ⁊ palmis multitudinē quā nemo dinu
merare pōt. Hec eſt maſſa ſanctoꝝ. Quāto clarioꝛe voce di
ctura eſt area vētilata a turba impioꝝ ⁊ maloꝝ falſoꝝumq;
xp̄ianoꝝ ſegregata ad ignes eternos ſeparatis his q̄ p̄mūt
non tangunt. Mulier enī quedā fimbꝛiā tāgebat: turba xp̄m Luce. viij
p̄mebat. Segregatis ergo oībus dānandis: maſſa purgata
ſtās ad dexterā: nullū ſibi miſceri timēs maloꝝ: nullū timēs
ꝑdere bonoꝝ: regnatura cū xp̄o: quanta fiducia dictura eſt.
Ego cognoui qꝛ magnꝰ ē dn̄s? Si ergo fratres mei granis Pſalm.
loquoꝛ: ſi agnoſcūt qꝺ dico predeſtinati ī vitā eternā: opibꝰ cxxxiiij.
loquanꝛ nō vocibꝰ. Cogimur loqui vobis qꝺ non debuimus
Inuenire enī in vobis debuimꝰ qꝺ laudaremꝰ: non querere
qꝺ admoneremꝰ. Ecce tn̄ breuiter dico: nō immoꝛoꝛ. Agno
ſcite hoſpitalitatē: ꝑ quā ꝑuentum eſt ad dn̄z. Suſcipe hoſpi
tē: cuius ⁊ tu es comes ī via: qꝛ oēs peregrini ſumꝰ. Ipſe eſt
xp̄ianus: q̄ et in domo ſua: ⁊ in patria ſua peregrinū ſe eſſe co
gnoſcit. Patria nr̄a ſurſum eſt: ibi hoſpites nō erimꝰ. Nam
vnuſq̄ſq; h̄ ⁊ ī domo ſua hoſpes ē: ſi nō ē hoſpes ide n̄ trāſeat
ſi trāſiturus ē hoſpes ē. Nō ſe fallat hoſpes ē. Velit nolit ho
ſpes ē. Sed dimittit illā domū filijs ſuis: hoſpes hoſpitibus
Quare? Et ī ſtabulo ſi eſſes: n̄ alio veniēte diſcederes? Hoc
facis ⁊ in domo tua. Ceſſit tibi locū paꝛ tuꝰ: ceſſurus es locū
filijs tuis. Nec māſurus manes: nec māſuris relinquis. Si
oēs tranſimus: aliq̄d qꝺ trāſire nō pōt opemur: vt cū tranſie
rimus et illo venerimꝰ: vn̄ tranſeamus opa nr̄a bona ibi in
ueniamus. Cuſtos eſt xp̄s. Quid times ne ꝑdas qꝺ erogas?
Cōuerſi ad dn̄m. Et poſt ſermonē qꝺ nouit charitas veſtra
ſuggerimus. Dies anniuerſarius oꝛdinationis dn̄i ſenis au
relij craſtinꝰ illuceſcit: rogat ⁊ admonet ꝑ hūilitatē meā cha
ritatē vr̄a;: vt ad baſilicā fauſti deuotiſſie venire dignemini

## Deeo qꝺ ſcriptū ē ī euāgelio ſm̄ eūdē. Hō q̄dā fecit cenā magnā. ⁊ cetera. de cena etiā dn̄i ac ſumptione ſacramenti q̄plura ſuccincte declarat. Sermo. xxxiij.

Lectiones ſctē ꝓpoſite ſūt: ⁊ q̄s audiamꝰ: ⁊ de q̄bꝰ A
aliq̄d ſermonis adiuuāte dn̄o ꝓferamꝰ. In lectio
ne ap̄lica gr̄e aguꝛ deo de fide gētiū: vtiq; ideo qꝛ
ip̄e fecit. In pſalmo diximꝰ. Deus v̄tutū cōuerte Pſ. lxxix
nos: ⁊ oſtēde faciē tuā ⁊ ſalui erimꝰ. In euāgelio: ad cenā vo
cati ſumꝰ: immo alij vocati: nos nō vocati ſ; ducti. Nō ſolu;
ducti: ſ; etiā coacti. Sic enī audiuimꝰ. [Quia hō q̄da; fecit Luc. xiiij.
cenā magnam.] Quis ē iſte hō: niſi mediatoꝛ dei ⁊ hoīm: hō
xp̄s ieſus? [Miſit vt venirēt inuitati: qꝛ hoꝛa iā erat vt ve
nirēt] Qui ſūt īuitati: niſi ꝑ p̄miſſos vocati ꝓphetas? Quia
olim ex quo mittūꝛ ꝓphete ⁊ inuitāt ad cenā xp̄i. Mittūtur
ḡ ad pp̄lm iſrael. Sepe miſſi ſūt: ſepe vocauerūt vt ad hoꝛam
cene venirēt. Illi aūt inuitātes accepeꝛūt: cenā repudiauerūt.
Quid ē inuitātes acceperūt: cenā repudiauerūt? Prophe
tas legerūt: et xp̄m occiderūt. Sed qn̄ occiderūt: tunc nobis
cenā neſciētes p̄parauerūt. Parata iā cena immolato xp̄o:
poſt reſurrectionē xp̄i cōmendata quā ſciūt fideles cena dn̄i
eiuſq; manibꝰ ⁊ oꝛe firmata: miſſi ſūt apoſtoli ad quos miſſi
añ fuerāt ꝓphete. Venite ad cenā. Excuſauerūt q̄ venire no
luerūt. Quō? Tres fuerūt excuſationes. [Vnꝰ dixit. Villa;
emi eo videre illā: habe me excuſatū. Aliꝰ dixit: iuga boum
emi quinq;: ea volo ꝓbare: habe me excuſatū. Tertiꝰ dixit:
Vxoꝛē duxi: habe me excuſatū: nō poſſū venire.] Putamꝰ
nō iſte ſūt excuſatiōes q̄ impediūt oēs hoīes: q̄ ad iſtā cenā
venire detrectāt? Queramꝰ eas: diſcutiamꝰ: inueniamꝰ: ſ;
